www.e-rara.ch

Dictionarium Latinae linguae Ambrosii Calepini Bergomatis

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1544

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1825

[U/V]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Tўrĭānthĭnă, (τυριάνθινον) ueſtis uiolacea, purpurea, ab ianthino, id eſt uiolaceo colore, & Tyrio, hoc eſt purpureo. Mar»tial. li. 1. Sic interpoſito uilis contaminat uncto Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

Tўro, nouus miles, & fortis ad militiam exercendam. (νέος ſτρατιώτης.) Cuius diminutiuum eſt tyrunculus. Plinius extra rem militarem ſe tyrunculũ dixit, quaſi rudem in cognitione ſignorum. Quod me (inquit) quanquam tyrunculum ſolicitauit ad emendum. Refertur quoque tyro ad omnem artem. Vnde pro gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipitur. Suetonius in Cæſ. Tyrones neque in ludo, neque per laniſtas. Sic adoleſcentes quando togam ſumebant, & barbam ponebant, eloquentiamq́ in foro auſpicabantur, tyrones dicebantur, & illa prima actio tyrocinium. Nam prima actio in quacunq; arte, tyrocinium dicitur. Seneca libro 3. Declam. Ille in foro primum dicturus, tyro dictus eſt. À Hieronymo tyrocinium rudimentum, & tyrocinatio, qui recentes diſciplinas, tyrunculas appellat. Ab eadem ſimilitudine canis adoleſcentior, tyruncula dicitur. Colum. lib. 7. cap. 12. Quoniam tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum. Tyrocinium nauium dixit Plinius libro 24. ca. 7. per metaphoram, cum primum mari committuntur, & ueluti in Neptuni militiam conſcribuntur. Tyrocinij die induebatur toga, quæ pura eſt cognominata.

Tўrocnēſtĭs, (τυρόκνηστις) inſtrumentum coquinatorium, quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

Tўrōnĭānŭs. a. um. ([illegible]) à tyro poſſeſſiuum. Gell. lib. 1. cap. 7. In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro ſpectatæ fidei, tyroniana cura atq; diſciplina facto.

Tўrŏs Græcè, Latinè caſeus. τυρός.

Tyrotarichus, (τυροτάριχος) genus obſonij, ex caſeo ſalſamentiſq; confecti. τυρὸς enim caſeus. τάριχος ſalſamentum. Cic. ad Pætum lib. 9. Tu uero, uolo enim abſtergere animi tui metum, ad tyrotarichum antiquum redi. Et ad Atticum libro 4. Multa me in epiſtola tua delectarunt, ſed nihil magis, quàm patina tyrotarichi.

Tўrſis, ambitus murorũ, & uiarum, per quem curri poteſt, ſic dictus, quia Tyrrheni primi inuenerunt.

DE LITERA V.

V LITERA uocalis eſt, quæ ſæpe in conſonantem tranſit, & modò uim ſimplicis habet, & apud Vergilium, At Venus haud animo nequicquam exterrita mater. Modò pro duplici cõſonante ponitur, ut cupiui, cupiuerã: in quibus i ante u conſonantẽ poſita producitur, & eadem ſubtracta corripitur. Aliquando u conſonans pro uocali correpta ponitur. Horatius in Epod. Niueſq; deducunt Iouem, nunc mare, nunc ſyluæ. Interdum à uocali tranſit in conſonantem, ut nauta, nauita: gaudeo, gauiſus. Quandoque amittit uim literæ, cum poſt q ipſum u ponitur: nam non conſonans eſt, ut aliquis. Hoc idẽ patitur inter g, & aliquã uocalem, ut ſanguis, lingua. Idem fit antecedente ſ, ut ſuauis, ſuetus. Tranſit quandoq; per deriuationes in a, ut ueredus, ueredarius: in e, ut pondus ponderis, deierat pro deiurat. Antiqui etiam auger, pro augur dicebant. Similiter in ijs quæ à tertia coniugatione naſcuntur, quotieſcunq; n & ipſum e ſequebantur loco e, ſcriptitarunt u: ut faciundum pro faciendum. In i correptam nominum habentiũ ultimam ſyllabam deſinentem in u, cum uerbis ſiue participijs: ut cornu corniger, & cornicem, arcus arcitenens, fatum fatidicus, aurũ aurifex, luctus luctificus, fluctus fluctiuagus, magnus magnificus, opus opifex. Scribebant etiam antiqui carnufex pro carnifex, & lubens pro libens, peſſumus pro peſſimus.

V ANTE A.

VĀccă, per duplex cc, bos fœmina, (βοῦς ἡ.) Cicero de Natura Deorum, Cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus uaccæ? Cuius diminutiuum eſt uac»cula. βοΐδιον. Vergilius, Vaccula nonnunquam ſecreta cu»bilia captans.

Vaccinium, uide Vacinium.

Văccīnŭs. a. um. pen. prod. quod eſt ex uacca. βοϊκός. Plin. lib. 24. cap. 3. Cortex illinitur decoctus lacte uaccino.

Văcērră, uecors, & ueſanus dicitur, (παράπληξ.) Quo etiam nomine accipitur ſtipes, ad quem ligantur equi in ſtabulo. Colum. Clathrorũ genus uacerras appellat, quibus è robore factis caueæ muniuntur. Nam lib. 9. cap. 1. De uinarijs faciendis ſic inquit, Vbi neutrum patrifamiliæ conducit, ratio poſtulat uacerris includi. Sic enim appellatur genus clathrorum, idq́; fabricatur ex robore, quercu uel ſubere.

Vācĭllārĕ, eſt proprie incõſtantem eſſe, & quaſi alternatim moueri, (παραφέρομαι.) Quintilianus, Eſt & illa indecora in dextrum ac læuum latus uacillatio, alternis pedibus inſiſtentium. Vtiq; & naues uacuæ dicuntur uacillare. Cicero Tyroni, Accepi tuam epiſtolam uacillantibus literulis. id eſt non rectè præ ualetudine ſcriptis. Et in Philippicis, In Gallia mutilatum ducis exercitum cum una legione, & ea uacillante. Transfertur etiam ad animum, ut apud Iureconſultos de fide teſtis uacillãte, qui inconſtantia et diuerſa teſtimonia dixerit. Cic. li. 3. Off. Iuſtitia uacillat, uel iacet potius.

Vācĭnĭŭm, à quibuſdam flos dicitur, à quibuſdam uiola, ſeu »hyacinthus. ὑάκινθος. Vergil. Alba liguſtra cadunt, uacci»nia nigra leguntur. Purpureas uiolas, nigras ſæpe uocare ſolent authores. Plinio uero uacinia. niæ. arbor, libro 16. capite 18. Vacinia Italiæ aucupijs ſata, Galliæ uero etiã purpurea, tingendi cauſſa ad ſeruorum ueſtes. ✱ Prima in emendatis codicibus per c duplex legitur. Claudianus in ini»tio lib. 2. De raptu Proſerp. Sanguineo ſplendore roſas, uac»cinia nigro Induit.

Văco. cas. do operam, (σχολάζω.) & conſtruitur cum datiuo: ut Vaco ſapientiæ, uaco rei diuinæ. Iungitur aliquando ac»cuſatiuo cum præpoſitione in. Ouid. In nullum mea mens »grande uacabat opus. Interdum uacare ſignificat uacuum eſſe, (κενοῦσθαι) & modò abſolutè ponitur. Plaut. in Caſsĩna. Fac uacent ædes. Cæſ. Id ea maximè ratione facit, quòd noluit eum locũ, unde Heluetij diſceſſerant, uacare. Vacãt agri, id eſt nihil proferunt, non excoluntur. Modò cum ablatiuo, (στέρομαι) ut, Boni uiri dant operã, ut perturbationib. »uacent, id eſt careãt. Verg. Hoſte uacare domos, ſedeſq; aſta»re relictas. Cic. Nullum eſt tempus quod iuſticia uacare debeat. Modò præpopoſitionem accipit: ut, Vacas à labore, uacas à componendo, uacas ab occupatione. σχολὴν ἄγεις. Interdum ſignificat ad nihil utile eſſe, ſuperabundare, ſuperfluum eſſe, (πλεονάζειν) quòd ocioſum eſſe uideatur, quod ſuperabundat, ſed non niſi in tertia perſona. Imperſonaliter quandoq; ſignificat, eſt ocium, uel uacuũ tempus eſt. εὐκαιρῶ, »σχολὴ μοι. Verg. Sed ſi tantus amor, caſus cognoſcere noſtros, »Et uacat annales noſtrorũ audire laborum. Iuue. Si uacat, »& placidi rationẽ admittitis, edam. id eſt ſi ociũ eſt. Quandoq; ponitur pro curæ eſſe. Quint. lib. 11. ca. 1. Et cui eſſe dĩſerto uacet. Vacare populo, eſt operam populo dare & inſeruire. χρηματίζειν. Aliter uacare populo, ſignificat liberum eſſe à populo, populariq́; iudicio, ſiue procul eſſe à populo. In quem ſenſum Cic. uidetur li. 2. Tuſ. quæſt. accipere, cum ait, Amplitudo animi una eſt omnium rerum pulcherrima, eoq́; pulchrior, ſi uacet populo, nec plauſum captans, ſe tantum ipſa delectet. Huius uerbi compoſitũ eſt, Interuaco.

Văcŭo. as. & Vacuefacio, idem ſignificãt, (κενόω.) Sic & euacuo. Mart. li. 11. Si redeant ueteres, ingentia nomina, patres, Elyſium liceat ſi uacuare nemus.

Văcŭŭs. a. um. & *inane*, & *nihil continens ſignificat*, (κενὸς, » διάκενος.) *Item magnum, uaſtum. Vergilius, Saltibus in » uacuis errant. Idem, Vacua atria Ditis. Vnde uacuum aërem dicimus, quòd uacua omnia impleat. Nihil enim pati natura uacuum poteſt. Item & inanem aërem. Lucretius, Longum per inane reſoluit. Iungitur aliquando genitiuo. Plautus in Bacch. Valens afflictat me iam uacuum uirum. Id eſt qui ſine uiribus ſum. Terentius in Heaut. Vacuum tempus ne quod dem mihi laboris. Aliquando ablatiuo ſine præpoſitione.* Cicero 2. *de Finibus, Quum uacui curis etiam quid in cœlo fiat, ſcire auemus. Aliquando cum præpoſitione.* Cicero *ad Attic. Sin eris ab iſto periculo uacuus*, &c. *Hinc uacuitas.tis.* Cicero *de Officijs, Adhibenda eſt uacuitas ab angoribus. À uacuus fit ſuperuacuus, de quo ſuo loco.*

Vădĭmōnĭŭm, (ἐγγύη) *eſt ſponſio quædam ſiſtendi, comparendiq́; in iudicio ad diem præſtitutam, per ſe uel per aduocatos, quod deſerere non licet. Seneca, Vadimonium promittimus*, (ἐγγυώμεθα) & *tamen deſeritur.* Cic. *pro* Quintio, *Ad uadimonium non uenit, qui tibi præſtò ſemper fuit. Non dubitauit, inquit, cum uadimonium deſertum eſt. Vadimoniū conſtituere, eſt diem aſsignare, ut loquuntur, quo quis in iudicio comparere debeat. Vadimoniū deſerere, eſt non comparere in iudicio ad diem præſtitutam. Vadimonium differre, diem contentionis differre, quo reus in iudicio comparere promiſerat. Vadimonium miſſum facere, eſt uadimonij obligationem remittere, condemnareq́;. Vadimonio obſtricti hodie dici poſſunt, qui ob crimina in iudicium uocati, ab iudicibus, ut fit, impetrarunt, ut aut ſua, aut ſponſorum fide dimittantur, ea lege, ut in diem certum, aut quandocunque iudici uiſum fuerit, ad iudicium ſiſtantur, quos elargitos uulgus barbarorum uocat.*

Vădĭs primò, deinde per ſyncopen Vas, (ἐγγυητὴς) *dictus eſt ſponſor alterius in re capitali, ut inquit Feſtus. Cicero lib.* 3. Off. *Factus eſt alter uas eius ſiſtendi, ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi. Inuenitur etiam pro quolibet fideiuſſore, qui pro alio uadimonium promittit, certo die affuturus. Dictus uas, quòd qui uades dederit, uadere ei. id eſt » diſcedere, interim liceat. Horatius, Ille datis uadib. qui ru» re extractus in urbem eſt.*

Vădĭŭm.dij. (ἐγγύη) *idem quod uadimonium.*

Vădo.dis.ſi.ſum.iter facio, quaſi uiæ do, (πορεύω.) *Vergilius, » Vadimus immiſti* Danais. *Huius uerbi compoſita ſunt*, Circumuado, *quod eſt inuadendo circumdo. Plinius lib.* 8. *redeuntem circumuaſere noctu. Euado, inuado & peruado, pen.prod. Liuius, Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem peruaſiſſet.*

Vădo.as.per uadum eo, (πορεύω) *Papinianus, Flumine publico interueniente uia conſtitui poteſt, ſi aut uado tranſiri poteſt, aut pontem habeat: ſecus autem ſi uadari nequeat, ſed pontonibus traijciatur. Solinus, Flumen quod propter breuitatem facile uadari poterat. Huius prima corr.* Ouidius » *De Remed. Iamq́; uadaturus lectica prodeat, inquit.*

Vădŏr.aris. uerbum commune (*ſecundum Priſcianū*) *ſignificat uadimonio obſtringere, ſiue diem iudicij ex cōpacto conſtituere, & in ius uocare*, (ἐγκαλέω.) Cicero *pro* Quintio, Debere *tibi dicis* Quintium, *Procurator negat. uadari uis, » promittit. in ius uocat, ſequitur. Iudicium poſtulas, non re» cuſat. Vadari reus dicitur, & uadimonium ſiſti, quoties aliquis pro alio ſpondet, ut in iudicium ueniat, & ſiſtatur.*

Vădōsŭs.ſa.ſum. (πολύπορος.) *ut uadoſus amnis, qui frequentia habet uada, quæ tranſiri pedibus poſſunt.* Cæſar 1. *Belli* Ciuilis, *Quòd his locis uadoſum mare erat, longius progreſſus, &cæt.*

Vădŭm, fundum fluminis, lacus, maris, & cuiuſcunque aquæ per quod uia datur, (πόρος.) *Plinius, Lignum uado hærebat. Hinc uadum quoq; appellatur locus, qui propter breuitatem aquæ pedibus tranſiri poteſt. Vnde prouerbium eſt, In uado eſt, pro eo quod eſt, In tuto eſt. Nam ut in profundo periculum conſiſtit, ita in uado eſt ſecuritas. Terent. in And.* Omnis *res in uado.*

Verg. 1. Æn: Illiditq3 uadis atq3 aggere cingit arenae.

Vǣh, (οὐαὶ) *interiectio, his rebus, quas execramur propria: ut, Væh miſero mihi. Vergilius, Mantua uæh miſeræ nimium uicina Cremonæ.* Quidam *uæ ſine aſpiratione ſcribunt, tamen diphthongatur, ut differat à ue, quæ modò eſt coniunctio diſiunctiua, idem ſignificans quod aut, uel: ut, Dies noctes'ue. Cicero, Amici regis duo tres'ue prædiuites ſunt. In compoſitione aliquando habet uim augendi, ut uetus, uehemens: quorum alterum ab ætatis magnitudine compoſitum eſt, alterum à mentis ui atq; impetu dictū eſt.* Modò *habet uim diminuendi, ut uegrādis, Veiouis, id eſt male grandis, hoc eſt paruus minutus'ue, & paruus Iupiter. Ve enim ſyllabam rei paruæ Veteres præponebant. Vnde apud » Auſonium, Vegrandes meſſes legimus pro paruis. Et apud Varronem de re Ruſt.* Oues *ſunt uegrandes, atque imbecilles. Similiter Plin.lib.* 7. Corpore *ueſcos eſſe, ſed eximijs uiribus.* Modò *etiam habet uim priuatiuam, ut uecors, quaſi ſine corde, ſine prudentia. È contrario cordatus dicitur prudens, uide* Gellium *lib.* 5. *cap.* 12.

Vǣnĕo, uide Veneo.

Văfĕr.fra.frum. (πανοῦργος) *pro callido & aſtuto accipitur, quaſi ualde afer. Mira enim ſemper fuit eius gentis calliditas. Cic.lib.* 3. *de Repub. Non ſunt in diſputatione uafri, non ueteratores, non malitioſi. Et lib.* 1. *de Nat.deorum,* Chryſippus, *qui Stoicorum ſomniorum uaferrimus habetur interpres. Hinc uafrè, aduerb. callidè.* (πανούργως.) Cic. 4. *Verr. Nihil ſanè uafrè nec malitioſè facere conatus eſt.*

Văfrāmēntŭm, (κερδοσύνη) *aſtutia.*

Văgābūndŭs, abunde uagans. (ἀναμιγνὺς, ἀλήτης.)

Vagedaber Hebraicè. ἀριθμὸς *Græcè, numerus Latinè. Liber Numeri, unus inter quinq; libros Moyſi.*

Vāgīnă, pen.prod. alicuius rei theca. (θήκη, κολεός.) *Cicero in* Catilinam: *Veruntamen incluſum in tabulis, tanquam gladium in uagina reconditum. Plin.lib.* 11. *cap.* 37. Omnia *quidem principalia uiſcera membranis proprijs ac uelut uaginis incluſit prouidens natura. Huius diminut. eſt uaginula. Plin. lib.* 18. *cap.* 7. *Et far in uaginulis ſeruant ad ſatus. Hinc euaginare, quod eſt enſem nudare.* * *Verg.* 4. *Aeneid. »* Dextra *feras, dixit, uaginaq́; eripit enſem.*

Vāgĭo.gis.giui.gitum. βαυβάζω. Cic. *in* Cat. Quid *ſi quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam, & in cunis uagiam? Vnde uagitus, pen. prod. quod proprium eſt uocis in» fantium, dum plorant. Martial.lib.* 9. *Sordida uagitu poſce» ret æra puer. Et uagor pro eodem ploratu. Lucret.li.* 2. *Et ſuperantur item, miſcetur funere uagor.*

Văgŏr.garis. inutiliter huc atq; illuc feror, ſiue ſparſim eo. (περιφέρομαι, περιπολέω.) Cic. *pro Fonteio, Hi cōtrà uagantur læti atq; erecti paſsim toto foro. Et differt ab erro, quia uagari eſt per diuerſa, errare per aliena. Cic.lib.* 1. *de* Ora. *Ne uagari & errare cogatur oratio. Inuenitur etiam uago. gas. Plau. in* Mil. *Te alloquor uitij probriq́; plenam, quæ circum uicinos uagas. A uagor fit compoſitum euagor, pro » extrà uagor.* * *Verg. lib.* 2. *Aeneid. Votum pro reditu ſimu» lant, ea fama uagatur.*

Văgŭs, *qui ſine negotio modò huc, modò illuc inutiliter diſcurrit*, (πλάνης) *Dictus quod uacuus, id eſt ſine negotio agatur. Cic.Att.lib.* 7. *Itaq; uagus eſſe cogitabam. Plin.lib.* 27. *cap.* 4. *Ambroſia uagi nominis eſt, & circa alias herbas fluctuati. id eſt inconſtantis, & multis opinionib. obnoxij. Hinc uagè, aduerb. Liu.* 6. *Bell. Pun. Qui uagè effuſos per agros, palatosq́; adortus, &c.*

Văh, interiectio eſt inſultantis. (φεῦ) *Hieronymus ad* Damaſum.

maſum, Sicuti nos lingua Latina habemus interiectiones quaſdam, ut in inſultando dicamus uah, & in admirando papæ, & in dolendo hei: et quãdo ſilentium uolumus imperare, ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus, & cogimus tantum ſibilum in ſonando, ſcilicet z: Ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habent interiectionem, ut quãdo uolunt Dominum deprecari, ponant uerbum petentis affectu, & dicunt, anna Domine, quod Septuaginta dixerunt, ô Domine. Plaut. Vah, homo impudens. Et in Euangelio: Vah, qui deſtruis templum Dei. Interdum eſt interiectio admirantis. Plaut. Curc. Subegit ſolus intra uiginti dies. Ly. Vah. C. quid mirare? Aliquando exultantis, uel lætitiæ. Plaut. in Bacch. Ducentis philippeis rem pepigi. N. uah, Salus mea ſeruaſti me.

Vahă, interiectio exultantis, uel ridentis. Plaut. in Caſ. Vaha. S. Quid negotij eſt? &c.

Văldē, aduerb. ſignificat multũ (λίαν, πάνυ, μάλα.) Eſt enim ſyncopatum à ualidè, ideo producit e. Et ualdius, pro ualidius, (μᾶλλον) ſicut caldus pro calidus. Dicimus & ualde quàm, ſicut ſanequàm, & perquàm. Decius Brutus ad Ciceronem, Nam ſuos ualde quàm paucos habet.

Vălēns. tis. aliquando participium, aliquando nomen ex participio. id eſt ſanus, incolumis. cui contrarium eſt imbecillus. Cicero Fam. libro 16. Medicus planè confirmat propediem te ualentem fore. Aliquando idem quod potens, efficax, utilis. Plinius libro 20. cap. 18. At ſylueſtre longum, ac puſillum, & ad omnes effectus ualentius. Hinc ualentulus, diminutiuum. Plautus in Caſin. Obſecro, ut ualentula eſt, Penè expoſuit cubito. Et ualenter, aduerbium. Columella libro 1. capite 5. Quæ ab imo præſtructa, ualenter reſiſtent contra ea.

Vălēntĭă, potentia, firmitas, (ῥώμη, εὐρωσία) cuius contrarium eſt inualentia. ἀῤῥωσία. Gellius, Non morbus in lege febriculoſus, neq; nimium grauis, ſed uitium aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ.

Vălĕo. les. lui. litum. aliquando de corpore eſt, & ſignificat bona ualetudine eſſe, (ὑγιάζω, ῥώννυμαι, ἰσχύω.) Semper enim in bonam partem ſumitur, niſi aliud addatur, ut Male ualeo, id eſt æger ſum. Plautus in amphitr. Equidem ualeo, & ſaluos ſum rectè Amphitryo. Idem in Perſa, Si ualetis, gaudeo. Valere ab oculis, & eiuſmodi, eſt oculorum morbo liberari. Gellius libro 5. cap. 10. Cum ualebo ab oculis, reuiſe ad me. Sic ualere à pecunia. Plautus in Aulul. Ain' tu ualere te? E. pol. ego haud à pecunia perbene, id eſt pecuniæ morbo non ſum liberatus. ait enim ſe pecunijs egere. Ne ualeam, imprecantis uox eſt. Martialis libro 2. »Ne ualeam, ſi non totis »Deciane diebus, Et tecum totis noctibus eſſe uelim. Aliquando extra corpus eſt, & ſignificat poſſe, pollere, momentum, uel pondus, ſiue authoritatem habere, alicuius momenti putari. Et uariam conſtructionem habet, nam aliquando ponitur abſolutè. Terentius in Eunucho, Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, neſciam. Aliquãdo cum datiuo. Gellius lib. 5. cap. 12. Nam & augendæ rei & minuendæ parum ualet. Aliquando cum accuſatiuo cum præpoſitione ad. Cicero 1. Acad. Vitæ autem adiuncta eſſe dicebãt, quæ ad uirtutis uſum ualerent. Et cum præpoſitione apud Cæſar. 1. belli Gallici. Proponit eſſe nonnullos, quorum authoritas apud plebem plurimum ualeat. Aliquando cum ablatiuo. Cicero Fam. 1. Nam qui plus opibus, armis, potentia ualent: perfeciſſe tantum mihi uidentur ſtultitia, & inconſtantia aduerſariorum, ut etiam authoritate iam plus ualerent. Et cum præpoſitione in, idq; uel cum eſt ablatiui caſus. Martialis 2. »Incipe, tres uno perierunt rhetores anno: Siquid habes ani»mi, ſi quid in arte uales. Vel cum eſt accuſatiui caſus, ut ualere in uulgus. Et Quint. libro 4. cap. 5. Quædam tamen et ſi ipſa dura ſunt, in id tamen ualent, quod ſcio. Cũ ad pretium pertinet, ſi pretium exprimatur, in ablatiuo ponitur. Plinius libro 33. cap. 3. Aureus nummus poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt, quàm argenteus, ita ut ſcrupulum ualeret ſeſtertijs uicenis. Varro tamen accuſatiuum dedit, dicens: Denarij quòd denos æris ualebant, quinarij, quòd quinos. Imperatiuo uale, (χαῖρε, οἴμωζε, ἔῤῥωσο) qui recedit, utitur dicens, uale, & qui remanet reſpõdens, Tu quoque uale. Sic ſalue, & aue, ſalutationes ſunt uenientis, quibus uocibus ſimiliter utuntur, & qui ſalutant, & ſalutati reſalutant. Reperitur tamen Salue in diſceſſu, in calce epiſtolarum. Cicero, Vale mi Tyro, uale, & ſalue. Quoniam uero abeuntes per hæc uerba ſalutare ſolemus, uale, & ſalue: inualuit cõſuetudo, ut hæc ſumantur pro diſcedo, etiamſi cum ſtomacho, & indignatione loquamur, non quòd à nobis, ſed quòd nos ab illis, quibus ſic loquimur, ualedicendo recedamus, inquit Valla libro 6. Terentius in Adelphis, Valeas, habeas illam, quæ placet. Idem in Andria, Valeant, (χαιρέτωσαν) qui inter nos diſſidium quærunt. Quod perinde eſt, ac ſi diceremus, Diſcedant à nobis, ſiue, Eos cum ſuo odio, & maledicentia relinquamus. Cicero, Si Deus talis eſt, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat. Varro, Vale, & ſalue, cum ad mortuos referuntur, nõ id dictum eſt quòd aut ualere, aut ſalui eſſe poſsint, ſed quòd ab his recedimus, eos nunquam uiſuri. Vergilius, Salue æternum mihi maxime Palla, Aeternum'que uale. Huius uerbi compoſita ſunt, Conualeo, (ῥαΐζω, ἀναλαμβάνω, ἀναφέρω) quod eſt, ſalutem recupero. à quo conualeſco. ut eſt illud, Conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Eualeo, Inualeo, æquiualeo, in eodem precio ſum, uel æque potens ſum. Præualeo, reualeo, à quibus fiunt, Eualeſco, præualeſco, reualeſco. Eſt & ualefacio, pro diſcedo, (ἐῤῥῶσθαι εἰπεῖν.

Vălētūdĭnārĭŭm, (νοσοκομεῖον) locus quo ualetudinarij, & infirmi curantur, ut ualetudinem malam bona permutent, qualia ſunt in cœnobijs ſacratorum. Seneca ad Lucilium, Tanquam in eodem ualetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquar, remedio conuinco. Et Columella præcipit, Valetudinaria languentibus ſalubria eſſe conſtituenda.

Vălētūddĭnārĭs, (νοσώδης, νοσηματικός) qui male ſanus eſt, & qui frequenter ægrotat. Seneca in Quæſtionibus, Non uideo, quare ſibi placeat, qui robuſtior ſit ualetudinario. Valetudinarius medicus (de quo apud Calliſtratum de iure immunit.) is eſt, qui ualetudine affectos curat, uel potius qui in ualetudinario, medici miniſterio fungitur.

Vălētūdo, (ὑγίεια, νόσος, εὐρωσία, ἀῤῥωσία) & bona & mala dicitur, (ὑγίεια, νόσος.) De mala, Cicero, Seruius Sulpitius ſcripſit ad me, te moleſtè ferre, quòd me propter ualetudinem tuam, cum ad urbem acceſsiſſem, non uidiſſes. Sed nunc ualetudini tribuamus aliquid. Diſtinguitur autem uel epitheto, ut bona ualetudo, uel mala. Vel locis, ut Horatius libro »primo Epiſtolarum, Quid uoueat dulci nutricula maius »alumno, Quàm ſapere & fari poſsit, quæ ſentiat, & cui Gra»tia, fama, ualetudo contingat abunde? Dicta eſt autem ualetudo per ſyncopam à ualidus, quaſi ualitudo, ſicut ab habitus habitudo.

Vălgi, (βλαισοί) uide in dictione Vari.

Vălgūſtūs, fuſtis uncus.

Vălĭdūs. a. um. (ἐῤῥωμένος, ἱκανὸς) penultima correpta, quod eſt ualens, firmum, potens'que. Plautus in Amphitryone, Ita quaſi incudem, me miſerum homines octo ualidi cædant. Validus ex morbo, dicitur conualeſcens. Validæ opes, magnæ. Hinc ualidè aduerb. uehementer, potenter. Validus magis. Validiſsimè, maximè. À quo præualidus, (ὑπερισχύων) ualde potens, ut eſt apud Catonem, Cum tibi præualidæ fuerint in corpore uires.

Vălĭtūră.ræ. idem quod ualor.oris. Plin.li.17.cap.21. Eadem ualitura in omni genere.

Vāllāris, & hoc re.(χαρακίας, ἐρκεῖος) pen.prod.quo ad uallum pertinet:ut Vallaris corona, qua donari ſolebat, qui primus uallum hoſtium fuiſſet ingreſſus.

Vāllēs.lis. & *Vallis.lis.*(κοιλὰς) planities duobus lateribus incluſa,dicta quòd hinc atq; hinc uallata ſit. Verg.lib.11. Eſt curuo anfractu ualles accommoda fraudi. Seruius ait, Valles plenum eſſe, ſed metri neceſsitate compellimur, ut Vallis dicamus. Stat. Vallis in amplexu nemorum ſedet. Quòd uero ualles dicendum ſit,diminutiuum indicat,nam uallecula facit, ut uulpes uulpecula. Sed & uallicula legitur, ait Feſtus. Hinc conuallis, quæ eſt planities ex omni parte comprehenſa montibus uel collibus.

Vāllēſcit, Veteres pro perierit uſurparũt,quòd qui uallo obijciuntur,pro perditis habentur.

Vāllo.las.(περιβάλλω τάφρον, ἐρκόω) munio, firmo, quaſi uallum facio. Plin.lib.15.cap.18. Non caſtra Punica ad tertium lapidem uallata. Hinc componitur circumuallo,(περιταφρόω.) Lactant.lib.2. Ipſumq; paradiſum igne circumuallauit,ne homo poſſet accedere.

Vāllŭm, neutri gen.uel uallus maſc.gen.(χάραξ) uulgò paliſicata munitio caſtrorum,quòd ex uallis,id eſt palis fiat. Cic. Att.6. Oppidum cinximus ualle & foſſa et aggere maximo. À quo interuallum, (μεσοχαράκιον) ſpacium quod inter palos eſt, uallum caſtrenſe conſtituentes. Quamuis etiam ad omne ſpacium interuallum dici poſsit.

Vāllŭs, firmior palus,cui uitis alligatur,& caſtra muniuntur. (ὁ χάραξ.) Vergil. Exacuunt alij uallos,furcasq; bicornes. Et uallus diminutiuum eſt à uannus. Varro.1. de re Ruſtica,ca.52. His tritis,oportet è terra ſubiactari uallis,aut uentilabris,cum uentus ſpirat lenis.

Vălŏr,(τιμὴ) precium,à ualeo.les. Plinius, Victoriati ualore redimi poteſt.

Vălvæ, ualuarum, tantum pluraliter dicuntur,quòd intus reuoluantur:ſunt enim portæ geminas partes habentes. (θύραι, δικλίδες.) Cic.1.de Diuin. In templo Herculis ualuæ clauſæ repagulis ſubitò ſe ipſæ aperuerunt.

Vălvŭlī, ſunt cõcauitates in folliculis leguminum, in quas ipſa grana ſeparatim recipiuntur, (λοβοί.) Columella lib.7. De Ouibus tectis, Singula capita per hyemem rectè paſcuntur ad præſepia, tribus hordei, uel freſæ cum ſuis ualuulis fabæ.

Vānēſco.ſcis. à uaneo. nes. eſſe conuenit, & ſignificat uanus fio,in nihilum redigor,fruſtra glorior.(διαλύομαι, φθείρομαι, διαπίπτω, ματαιοῦμαι.) Auguſtinus libro 4. Ciuit. Non naueſcamus inani uentoſitate iactantiæ. Hinc euaneſco. ἀφανίζομαι. Vergilius, Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. Vbi euanuit, eſt præteritum ab euaneſco, quod Sipontinus negat habere. Lactant. lib.5. Euanituras breui religiones falſas.

Vānĭdĭcŭs, adiect. qui uana dicit. Plaut.in Trin. Cum probis potius quàm cum improbis uiuere uanidicis.

Vānĭlŏquŭs, adiect.idem quod uanidicus. Plaut.in Amph. Ergo iſthoc magis, Quia uaniloquus uapulabis.

Vānĭlŏquĕntĭă. σπερμολογία. Apuleius, Nihil hominis uaniloquentia commotus.

Vānĭtās, ſiue uanitudo,mendacium, fallacitas & leuitas.(ματαιότης, ψεῦδος.) Cic.lib.3.Offic. Quòd ſi uituperandi qui reticuerunt, quid de ijs exiſtimandum eſt, qui orationis uanitatem adhibuerunt? Salluſt. Huic homini minor uanitas inerat quàm audacia. Idem ſignificat uanitudo. Plautus, Vt rem uideo,tu inuentus à uanitudine.

Vānno.nas. id eſt uentilo,ut fit uannis, cum frumenta purgantur (λικμάω.) Varro de re Ruſt. Vt quod leuiſsimum eſt in ea, atque appellatur acus ac palea, uannantur foras extra aream. Hinc euanno, extra uanno,(ἀπολικμάω.) Nonius, Euannetur, dictum eſt uentiletur,uel moueatur,à uanno, in qua legumina uentilantur.

Vānnŭs,(λίκμος) per duplex nn, generis fœminini, uas uimineum latum,hoc eſt cribrum cereale,in quo propter capacitatem ruſtici cogere primitias frugum ſolent, & frumenta purgare. Hæc & uallus dicitur, in quo contextæ ſunt uirgæ, & eſt formæ oblongæ. Dicta quia in eo inſtrumento uirgæ ſunt, ut pali in uallo. Vel (ut Varro inquit) à uolatu, quòd inde dum iactatur, leuia uolent. Vergilius, Et myſtica uannus Iacchi. Columella libro 2. capite uigeſimo primo, Ipſæ autem ſpiſſæ melius fuſtibus tunduntur, uannis expurgantur.

Vāno, uanas,fallo. Act. Sic illum uanans in angiportum deduxit.

Vānŭs, per ſimplex n, adiectiuum, & accipitur modò pro uacuo,(κενός) Vergilius, Sed illos Expectata ſeges uanis eluſit auenis. Modò pro ſtulto, quaſi mente uacuo, & qui in rebus inanibus ſtudium collocat. ἀλαζών. Iuuenalis, Sic libitum uano,qui nos diſtinxit Othoni. Modò pro mentiente, & inuido, leuia inaniaq; pro grauib. & ueris aſtutiſſimè componere. ψευδόμενος. Vergilius, Ni fruſtra augurium uani docuere parentes. Nam mendax propriè dicitur, qui ad decipiendum mentitur. Vnde idem in utrumq; complexus eſt. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, uanum etiam mendacemq; improba finget.

Văpŏr & uapos, (ἀτμὸς) dicitur. Lucretius libro 5. Peruouolitans permanat odos, friguſq;, uapoſq;. Et eſt exhalatio calida. Ponitur aliquando pro calore. Colum. Minuſq; uaporis æſtate per anguſtum os penetret. Vnde uaporariũ. θόλος. pro tepidario capimus,ſiue hypocauſto. Cicero ad Qu. Frat. libro 3. Vaporarium ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi.

Văpōro.ras. pen.pro. uaporem emitto, (ἀτμίζω.ομαι. Et ſic neutrum eſt. Plin.lib.31.cap.2.de Differentijs aquarum, Vaporant & in mari ipſo, quæ Licinij Craſsi fuere. Aliquando actiuum eſt, & pro ſuffire ponitur. Verg.11.Aeneid. Succedunt matres, & templum thure uaporant. Ponitur aliquando pro arefacere, exugere. Plinius lib.2.cap.16. Quod ſolidiores glebas diutius ſuſtineat, & ſuſpendat, ut ea ſolibus æſtiuis uaporatæ reſoluantur. Hinc uaporatio uerbale, ipſe uaporandi actus, ſiue uaporis excitatio.

Văppă, per duplex pp, genus uini,quod ſponte deferbuit, & odorem ſaporemq; amiſit, ut illud quod in exhauſto uaſe reliquum fuit & euaporauit. ἐκφορίας, ἐξεστηκὼς οἶνος, ὁ προφερόμενος. Vernacula lingua dicimus uin eſuente. Horatius, Qui Veientatum feſtis potare diebus Cãpana ſolitus trulla, uappamq; profeſtis. Inde ponitur pro homine ignano, uili ac nugatore, & in quo nil prudentiæ. ἐξίτηλος. Idem in Serm. Non ego auarum Cum ueto te fieri, uappam iubeo aut nebulonem. Plin.lib.14.cap.20. Vitiumq; muſto quibuſdam in locis ſponte feruere, qua calamitate cum deferbuit, deperit ſapor, uappæq; accipit nomen.

Văppo, animal eſt uolans, quòd uulgò animam uocant. Lectũ eſt apud Lucret. Hos uapones. Probus in Catholicis.

Văpŭlāris, qui uapulat, (μαστιγίας) ut apud Plaut. in Perſa.

Văpŭlo.as. pen. corr. uerberor, cædor. (τύπτομαι, μαστιγοῦμαι.) Cicero Fam.8. Alius ſeptimam legionem uapulaſſe. Vapulare ſermonibus, eſt oblocutionibus ſuggillari. Cic. ad Att. lib.2. Qui cum ſe omniũ ſermonibus ſentiet uapulare. * Iuuenal. in fine uerſus: Ego uapulo tantum.

Vārī dicuntur, quæ introrſum pedes, uel crura obtorta gerunt, hoc eſt, qui pedes habent incuruos, & in ſe contractos, cuiuſmodi ſpadones & caſtratos uidemus, (ῥαιβοί.) Horatius lib.1.Ser. Hunc uarum diſtortis cruribus. Vnde uarus frequenter pro obtorto accipitur. Perſius, Et non fallit pede regula uaro. Hinc obuaro.ras.quod eſt, deprauo, peruer-

toq;

toq́, (παρεμβαίνω.) Vatij, quibus in exteriorem partem deflectuntur. Varro lib. 2. de re Ruſtica, de canibus ſcribit, Cruribus rectis ac potius uaris, quàm uatijs. Hinc uatij, & uatiniorum cognomina fluxerunt, quòd pedibus eſſent uitioſis. Seneca in quadam epiſtola, Seruilius uatia latêre ſciebat, nõ uiuere. Valgi autem, (βλαισοὶ) ſunt, qui diuerſas ſuras habent, hoc eſt in diuerſum actas, cuiuſmodi lacertarum pedes ſunt, quorum uidelicet pars intrà conditur, pars extrà procedit. Plaut. in Milite, Aut uarum, aut ualgum, aut compernam, &c. Hinc ualgum ſuauium, id eſt intortum. Plautus in Milite, Maiorem partem uideas ualgis ſuauijs. De qua ſimilitudine inſtrumentum quoddam ruſticum ad areas complanandas ualgium Plinius appellat fortaſſe libro 17. Seritur, inquit, menſe Aprili, area æquata cylindris aut ualgio, aliàs denſum. Alioqui et ſermo agreſtis ualgiare uſurpat hodie pro eo quod eſt pauire, coæquareq́. Omnino id ferè uidetur eſſe quod Cato ait, Cõminuito terram, & cylindro ac paucula coæquato. In Cãpania certè haberi genus teſtatur tali ſpecie, quaſi ſuræ duæ in diuerſum collocatæ, quo ut cylindro ſupplanantur areæ. Varæ manus, incuruæ. Ouid. libro 9. Metamorph. Varas In ſtatione manus. Sic uarum brachium, à Martiale dictum lib. 7. Vara nec iniecto certamine brachia tendis. Sed & uarij, ſeu uarioli, ſunt puſtulæ cum febre naſcentes, pueros maxime infeſtãtes, (ἴονθος, ἰερακίδες.) Plin. lib. 23. Contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibitur, uicia cutis in facie, uaroſq́, & lentigines & ſuggillata emendat, & cicatrices.

Văriæ, (ποικίλαι, αἰόλοι) dictæ ſunt pantheræ, à macularum uarietate, quibus ſunt ſpectabiles. Plin. lib. 8. cap. 17. Nunc uarias, & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Aphrica, Syriaq́. Quidam ab his pantheras ſolo candore diſcernunt.

Vārĭcēs, pen. cor. (κιρσοὶ, ἰξοὶ) generis maſculini uel fœminini, & uaricæ, & per diminutionem uariculæ, ſunt uenæ plus æquo intumeſcentes, in temporibus, in uentre, in teſtibus, in inguine, & potiſsimum in cruribus, quos Gellius ſcribit ac Plinius lib. 11. cap. 45. in cruribus uiro tantum, mulieri raro, præ nimio labore naſci. Horatius, Varice ſucciſo. Inde uaricoſus, qui huiuſmodi uenas tumidiores habet. Græci uarices ἰξίας uocant. Auicenna author eſt, uarices accidere curſoribus, & onera baiulantibus, & diu ſtantibus. Inde eſt illud Iuuenalis, Varicoſus fiet aruſpex. Ex grandi ſcilicet conſtitutione, & quadam quaſi ſtabulatione ac longo ſtatu. Varicum legimus pro eo, qui ampliore paſſu graditur. Ouidius lib. 3. de Arte, Illa uelut coniux Vmbri rubicunda mariti Ambulat, ingentes uarica fertq́ gradus. Hinc uaricula, diminutiuum apud Celſum libro quinto de Curatione ulceris.

Vārĭco. as. (ῥαιβόω) penultima correpta, & uaricor deponens, & ſignificat deflecto, tranſgredior, quaſi uarices tranſcendo. Tractum à medicis, qui cum uarices curare non audent, eas tranſgrediuntur, atq́ prætereunt. Quintil. lib 11. cap. 3. De geſtu pedum. Varicare ſupra modum, & in ſtando deforme eſt, & accedente motu prope obſcœnum.

Vărĭcōsŭs, uide in Varices. Corripit autem primã ſyllabam, contrà primitiui naturam. Perſius: Dixeris hæc inter uaricoſos centuriones.

Vārĭcŭs, aduerbium, ſignificat cruribus diuaricatis diuiſisq́, quod fieri ſolet à fœmina micturiente, ῥαιβῶς. Apuleius libro 1. Varicus ſuper faciem meam reſidentes ueſicam exonerant.

Vărĭĕgātŭs, uarijs picturis diſtinctus exornatusq́, (ποικίλος.) Variegare. n. uariare, & uarietate diſtinguere. ποικίλλειν.

Vărĭĕtās, uariãtia, & uariatio, idem ſignificãt. ποικιλία. Plin. lib. 8. cap. 30. Oculis mille uarietate eſſe, colorumq́ mutationes. Lucil. li. 3. Principijs unde hæc oritur uariãtia rerum.

Vărĭo. as. uarium ſiue diuerſum facio, non idem quod inſtitui, eodem tenore ac peræquè ago. παραλλάττω, ἀλλοιόω. Lactant. lib. 6. Aliud eſt igitur ciuile ius, quod pro moribus ubiq́ uariatur. Plin. Epiſt. 161. Laborem otio, otium labore uariare. Mart. lib. 8. Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbè, Texta Semiramia quæ uariantur acu.

Vărĭātĭm, aduerb. Gell. lib. 5. cap. 12. Ve enim particula, quæ in alijs atque alijs uocabulis uariatim per has duas literas cum a litera media immiſſa dicitur.

Vărĭŭs. a. um. multiformis, quòd uarij, inæquales ac diuerſi ſint. πολύχροος, ποικίλος. Cic. 2. de Finib. Varia oratio, uarij mores, uaria fortuna, &c. Liuius 4. ab Vrbe, Ibi uaria uictoria, & uelut æquo Marte pugnatũ eſt. Variæ uuæ fiunt, cum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Varius præterea dicitur, qui in facie uaris diſtinctus eſt. Vnde iocus Cic. apud Quint. lib. 6. cap. 4. in Iſauricum, Miror quid ſit, quòd pater tuus homo conſtantiſsimus, te nobis uarium reliquit. Hinc uariè, aduerb. uarijs modis. Plinius Epiſt. 104. Variè me affecerunt literæ tuæ, nam partim læta, partim triſtia continebant.

Vărix, uide Varices.

Varolus uulgò hodie in quibuſdam Italiæ locis appellatur piſcis, qui à Latinis lupus, à Græcis λάβραξ. Nam λα Græcis intenſiua particula eſt. βορὸς edax.

Văs uădĭs, gen. maſc. ἐγγυητής. uide Vadis, de quo ſuprà.

Văs uāsis, gen. neut. in plurali numero ſecundæ, declinationis, pro inſtrumento ad aliquid capiendum idoneo. σκεῦος, ἀγγεῖον. Cuius diminut. eſt uaſculum & uaſillum. σκευάριον. Cato cap. 111. Si uoles ſcire, in uinum aqua addita ſit nec ne, uaſculum facito de materia hederacea. Vaſum etiam in ſecunda declinatione dixerunt antiqui, ut author eſt Gellius. Plaut. in Truc. Aut aliquod uaſum argenteum.

Vāsārĭŭm. rij. ut ueſtiarium, calcearium, hoc eſt uaſorum ſupellex. Cicero in Piſonem, Non ne ſeſtertiûm centies & octogies, quod quaſi uaſarij nomine in uenditione mei capitis adſcripſeras?

Vāscŭlārĭŭs, qui uaſa conficit aurea & argentea, (σκευοποιός. Sunt enim inter aurifices uaſcularij, cælatores, inauratores & bractearij.

Vāstĕrnă, uehiculum, ſeu portatura duorum equorum.

Văsto. as. deſtruo, perdo. πορθῶ, λεηλατέω, ἀναστατόω. Lactant. li. 1. Exercitus ducere, aliena uaſtare, delere urbes, oppida excidere. Huius compoſita ſunt, deuaſto. καταπορθέω. & peruaſto, quæ ſignificant deprædor, ſpolio, profligo, & quaſi uacuum reddo. Liuius, Crotonam urbem, Thraſymenumq́ lacum omni clade peruaſtat. Deuaſto, quære ſuo loco.

Văstŭs. a. um. magnus. ἀχανὴς, δυσμεγέθης. Verg. Vaſtũq́ caua trabe currimus æquor. Vaſtũ enim dicitur, quod magnitudinis ac amplitudinis iuſtæ modũ excedit. Aliquando ponitur pro deſerto. ἔρημος. Act. Hanc urbẽ ferro uaſtam faciet. Hinc uaſtitas, uaſtitudo & uaſtities. ἐρημία. Col. lib. 3. Parĩ tamẽ in hac terra uaſtitate belluas progenerari quis negetr? id eſt magnitudine. Et lib. 6. Sed cum ſim profeſſus ruſticæ rei præcepta, ni fallor, non aſſeuerauerã, quæ uaſtitas eius ſcientiæ contineret. Apul. Cui in primis tanti corporis uaſtities horrori fuit. Aliquando etiã uaſtationem ſignificant ſiue deſtructionem. Act. Propterea tot tantasq́ habemus uaſtitates funerum. Cicero in Catonem, Tecta urbis, uitam ciuium, Italiam denique totam ad exitium & uaſtitatem uocas.

Văstĭfĭcŭs, adiect. quod ad uaſtitatem affert. Cic. 2. Tuſc. Erymanthiam hæc uaſtificam abiecit belluam.

Vātēs, à fando dicti ſunt, quaſi fates, diuinatores, ſacerdotes & prophetæ, μάντεις. Plautus in Milite, Bonus poteras eſſe cum quæ ſunt futura uideas. Et uates, poëtæ, à uiendis uerſibus. Viere enim uincire eſt, ait Varro de lingua Latina.

Colum.

Colum. in Præfat. lib. 10. Ex uoluntate uatis maxime memorabilis. id eſt Vergilij.

Vāteſco, deſtruor, relinquor, ſeu horridus fio.

Vāticĭnŏr, pen. cor. ſignificat diuino. χρησμῳδέω, μαντεύομαι. Nam uti à facto & dico, fatidicus: ita à fato & cano, uaticinor, quaſi faticinor.

Vāticĭnŭs, ſiue uaticinius adiect. quod ad uatem pertinet: ut libri uaticini ſiue uaticinij, apud Plinium.

Vātĭcĭnĭŭm, ipſa diuinatio. μαντεία, χρησμός.

Vātrāx. acis. omnis gen. & uatricoſus, adiect. qui crura uitioſa habet, teſte Nonio. Luci. lib. 28. Vt ſi progeniem antiquã, qua eſt maximus Quintus Vacax, qua uaricoſus uatrax. * Receptius dicetur uaricoſus, ut ſuprà.

V ANTE B.

VBĕr. ris. fœcundus. ferax, fertilis, abundans, copioſus. Cicero de Finib. Seges ſpicis uberib. & crebris, unde uberius & uberrimè. Cætera uide in Huber.

Vbi, aduerbium loci, ſignificat in quo loco. ποῦ. Plinius lib. 12. cap. 14. Alexãdriæ, ubi thura interpolantur. Et modò interrogatiuum eſt. Plaut. Vbi id audiſti? Modò relatiuum. ὅπου, » οὗ, ἔνθα. Verg. Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector. Mo» dò infinitum: ut, Scio ubi tu perpetraſti ſcelus. Plaut. in Trucul. Vbi amici, ibidem opes. Ponitur quandoq; pro aduer» bio temporis poſtquam. ἐπειδή. Verg. Hæc ubi dicta dedit. » Quandoq; pro quando. ὅταν. Terent. in And. Vbi uoles ac» cerſe. Vergilius libro 6. Eſt iter in ſyluis, ubi cœlum condi» dit umbra Iupiter. At ubi ſiunt compoſita, alicubi, necubi, ſicubi, ſi in aliquo loco. Vbiuīs, Vbilĭbĕt, in quolibet loco, (ὁπουδηποτοῦν, ἑκασταχοῦ.) Vbicūnquĕ, in quocunq; loco. Vbinăm, (ἑκασταχοῦ) in quonam loco, & interrogatiuum eſt. Vbi primum, id eſt ſtatim: ut Cæſar 1. Bell. Ciuil. Cæſar ubi primum illuxit, omnes ſenatores, &c.

Vbīquĕ gentium, in omnibus gentibus. Vbiq; enim eſt in omni loco. πανταχοῦ.

Vbīquĕ imaginum, (πανταχοῦ τῶν εἰκόνων) id eſt in omnibus imaginibus.

Vbīquĕ itineris, (πανταχοῦ τῆς ὁδοῦ) ſignificat in omni itinere. Apuleius lib. 1. Nihil iſtarum rerum quæ itineris ubiq; nos comitantur, indigemus.

Vbiq; locorum, in omnibus locis.

Vbĭŭbĭ. ὅπου ἄν, ἔνθα ἄν. ſignificat ubicunque, quemadmodum utut, pro utcunq;. Terentius in Eunuch. Vbiubi eſt, diu celari non poteſt.

V ANTE D.

VDo. onis. genus ueſtimenti, de quo tale eſt Epigramma Martialis libro 14. Vdones cilicij, Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti, Cinyphio poterit plantata latere ſinu. * Vide infrà in dictione Vndulata, ubi legitur Vndones, quod non placet.

Vdŭs, adiect. à ſudando dicitur, quod eſt humidum. ὑγρός. Ver» gil. lib. 3. Georg. Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato. Hinc uuidus. a. um. (βεβρεγμένος) quod quidam ita ab humido diſtinguũt, ut uuidum ſit, quod intrinſecus habet hu» morem, unde uuam appellatam uolunt. Verg. Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas. Humidum uero extrinſecus humorem habet. Sunt qui hudum cum h ſcribi uelint, ac per ſyncopen ab humidum fieri.

V ANTE E.

VE, (ἤ) coniunctio disiunctiua. uide in dictione Væh. Vēcōrs, quaſi ſine corde, qui eſt (ut ait Feſtus) turbati, & mali cordis. ἀπονενοημένος, παράφρων. Liuius 4. ab Vr. Audita uox eius in concione ſtolida, & propè uecors. Hinc uecordia, inſania, deſipientia. παραφροσύνη, ἀπόνοια. Sall. Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus inceſſus, prorſus in facie uultuq; uecordia.

Vēctābŭlŭm, uehiculum. ἀπήνη. Gellius libro 20. capite 1. Iumentum quoque non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed uectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus trahebatur.

Vēctĭcŭlārĭă uita, dicitur eorum, qui uectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato, Vecticulariam uitam uiuere. (τοιχωρυχεῖν) eſt repentè largiter habere, repentè nihil.

Vēctīgăl, pen. prod. (πρόσοδος, φορισμός, τέλος, φόρος) uſu non ratione dicitur: ſicut ceruical, capital, tribunal, animal. Nominatiuus enim pluralis à ſingulari plus una ſyllaba creſcere non debet. Ergo uectigale ſecundum artem. In genitiuo plurali uectigaliorum Cicero dixit, Meſſala uectigaliũ. Et eſt uectigal, quod ex uectura penditur, unde & à uehendo dicitur, cum ex fundis fruges in urbem uehuntur. Sed eius ſignificatio latius patet. Capitur namq; ex publico, & ex priuato, unde publica uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal accipit fiſcus. Priuata quæ quiſq; ſumit, ex reditib. & fructibus. Cice. in Parad. Ex meo tenui uectigali capio ego ducenta. Paulus, Cæſæ arundinis, uel pali compendiũ, ſi in eodem fundo uectigal eſſe conſueuit, ad fructuarium pertinet. Cicero libro 2 Offic. Vt bona ualetudo uoluptati anteponatur, uires celeritati: externorum autem, ut gloria diuitijs, ut uectigalia urbana ruſticis ædibus, & mercibus. id eſt prouentus, reditus, introitus. Dicitur etiam hic & hæc uectigalis, & hoc le. pro tributario. ὑποτελής, τελεσφόρος. Sic prouinciæ, agri, homines qui tributa perſoluunt, uectigales dicuntur. Cicero libro 3. Offic. Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex ſenatuſconſulto liberaſſet, ut hæ rurſus uectigales eſſent. Suetonius in Cæſare, Agrum Campanum ad ſubſidia Reipub. uectigalem relictum diuiſit extra ſortem. Cicero in Catil. Et in ſyluas, lucosq; publicos Romani uectigales habuere. Liuius, Vtrum Annibal hic ſit æmulus itinerum Herculis, ut ipſe fert, an uectigalis ſtipendiariusq;. & ſeruus populi Romani à patre relictus.

Vēctĭs, gen. maſcul. inſtrumentum quo clauditur oſtium, quòd » manibus percutiendo uehatur. μοχλός, ἀναφορεύς. Verg. Cen» tum ærei claudunt uectes, æternaq; ferri Robora, nec cuſtos » abſiſtit limine Ianus. Vectem Cyniras Agrippæ filius inuenit. Et uectis, palus è ferro uel ligno grandior, ruſticis, & fabris cæmentarijs ad multa neceſſarius. Plinius, Cato uectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri iubet. Item uectis dicitur lignum, quo aliquid uehitur, & portatur. Sic uectes erant ſudes, in circulis poſitæ ad portandam arcam: ut eſt apud Exodum, Facies quoq; uectes de lignis ſethim. Rurſus uectes ſunt inſtrumenta ad aliquid ſubuertendum, euertendumq;. » Horat. lib. 2. Carm. Hic ponite lucida funalia, & Vectes, et » arcus oppoſitis floribus minaces. Hinc uectiarius, qui torcularia premit uectibus. Vitruuius libro 6. cap. 8. Ita enim erit uectiario ſpacium expeditum.

Vēcto. as. frequentatiuum eſt à ueho. is. ἐλαύνω. Gell. lib. 16. capite 19. Dorſo ſuper fluctus edito uectauiſſe. Hinc uectatio, quod nomen ſemper paſſionem ſignificat, contra aliorũ uerbalium naturam. Hinc uectito, uectitas, frequentatiuum à uecto.

Vēctŏr, qui in aliena naui, uel equo, uel plauſtro uehitur precio. ἐπιβάτης. Quintil. In nauim filij mei malè permutatus uector imponor. Aliquando dicitur is qui uehit. Cic. Etiã ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus à minoribus uectoribus admoneri ſolent.

Vēctārĭŭs. a. um. quod uehit, ac aptum eſt ad uehendum. ὀχηματικός. Varro libro 2. ca. 7. de re Ruſtica, Neque idem quĩ uectarios facere uult, ſcilicet equos, ad ephippium, aut ad prædam, quàm ad rem militarem, quòd ibi habere ad caſtra uolunt arces.

Vēctūră, non modò actum ipſum, hoc eſt uectionem denotat, (ἀγωγή) ſed etiam mercedem, quæ pro uectura ſoluitur, ut

puta

puta pro naui, ſiue equo meritorio. Varr. lib. 2. cap. 7. De re Ruſt. Equi quòd alij ſunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admiſſuram.

Vĕgĕo.es.gui. in ſanitate ſum. ἀκμάζω. Nonius, Veget pro uegetat, uel erigit, uel uegetum eſt. Pompon. Animos Venus ueget uoluptatibus.

Vĕgĕto.tas.pen.cor. recreor, fortifico, & uegetum facio, conſeruo, ſeu longo tempore in ſanitate eſſe facio. αὐξάνω. Gell. Memoriæ uegetandæ gratia, Quod dicimus, Bonæ memoriæ faciendæ gratia.

Vĕgēs.etis. idem quod uegetus. Liu. 1. Bell. Pun. A tergo Alpes urgent, uix integris uobis ac uegetibus tranſitæ.

Vĕgĕtŭs.a.um. (ἰπκκμακὸς) pen.cor. quod ſanum, & incolume eſt, & ad corpus propriè pertinet, uigens ad animũ. Gel. lib. 3. cap. 1. Quid igitur (inquit) dicimus, quod multos uidemus eſſe pecuniæ cupidos, & eoſdem cum corpore eſſe uegeto ac ualenti? Sueton. De Cæſ. Nigris uegetisq́ oculis, ualetudine proſpera. Scribit Apuleius, Lunæ numine cuncta animantia uegetari. id eſt ali, & uigorata fieri. Seneca quoq; lib. 3. Quæſt. refert, terræ ineſſe ſpiritum illum uitaliter uegetum, & alentem omnia. Hunc enim (inquit) niſi haberet, quomodo tot arbuſtis ſpiritum infunderet, non aliunde uiuentibus? quomodo tot radices aleret? Hinc uegetatiuam animam philoſophi recentiores appellant animam ſeminalem, quæ à Plinio dicitur alens, cuius motu interiore plantæ uigeſcunt, creſcunt, frondeſcunt, geminant, breuiterq; uiuunt. Cic. tamen lib. 1. Tuſc. ad animum retulit, Horum, inquit, animus eſt aliquid, ne tam uegeta mens aut in corde, cerebróue, aut in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat. id eſt uiua, integra. Et Auſonius uegetum cor appellauit, & quia mobile eſt, & quia uigoris domicilium.

Vēgrāndĭs, paruus, & male grandis. Auſonius libro 2. Epiſt. Hic ſæpe falſus meſsibus uegrandibus. Varro libro 1. De re Ruſtica, Quodq; poſtea concipiunt, fiunt uegrandes atque imbecillæ.

Vĕhăm, uiam ueteres dicebant, quòd per eam uidebāt omnia. Varro 1. de re Ruſt. cap. 2. A quo nunc quoque uiam ucham appellant, propter uecturas.

Vĕhĕmēns, ex ue & mens componi arbitror, tametſi quidam dici uelint, quòd uehatur eminentius, uel quòd uehatur mente. A mentis enim ui atque impetu (ſicut docet Gellius) dicitur. Nam Ve, hoc in loco intentiua eſt. Dicitur autem uehemens, graue, magnum, urgens, acre. ὑπερφυὴς, καταφορικὸς, σφοδρός. Terentius in Andria, Satis uehemens cauſſa ad obiurgandum. A quo uehementia, grauitas, acritudo, (σφοδρότης.) Et uehementer, aduerbium, acriter, admodum. Cicero in Philippicis, Vehementer me agere, fateor, iracundè, nego.

Vĕhēs, dicitur quantũ fœni uel ſtercoris una uectura in plauſtris, uel alijs inſtrumentis ferre poſſumus. ὄχημα. Plinius libro 36. capit. 15. Amplitudinem canis eam feciſſe proditur, ut uehem fœni largè onuſtam tranſmitteret. Columella. li. 2. Iugerum autem deſiderat, quod ſpiſsius ſtercoratur, uehes quatuor & uiginti, quod rarius duodeuiginti. Vehis autem menſuræ nomen in fœno, ſtercore, alia ue materia. Idem lib. 11. cap. 2. Materia ſi roborea eſt, ab uno fabro dolari ad unguem debet, per quadratos pedes uiginti, hæc eſt, inquit, uehis una.

Vĕhĭă hiæ, plauſtrum, Oſcorum lingua. Vnde uehatura, pro uectura apud ueteres uſurpatur.

Vĕhĭārĕ, ueteres dixerunt pro uehere, quod tractum eſt ex Oſcorum lingua, apud quos uehia plauſtrum dicitur.

Vĕhĭcŭlārĕ, (ὀχηματικὸν) quod ad uehiculũ pertinet, ut equus uehicularis, & rotæ uehiculares.

Vĕhĭcŭlārĭŭs, (ἁρματηλάτης) qui uehiculum ducit.

Vĕhĭcŭlŭm, in quo aliquid uehitur, quod cum quatuor rotis Phryges tradunt inueniſſe. ἅρμα, ὄχημα. Plin. lib. 7. cap. 16. Vehiculorũ uocabula ſunt, carpentũ, ciſium, carrus, currus, arcera, baſterna, rheda (unde epirrhedium) ſaracum, petoritum, plauſtrum, eſſeda, pilentum, liburnus, traha, uehia.

Vĕho. is. xi. ctum. (ἄγομαι, ἄγω) conduco, propriéq; de naui, equo, cæterisq; quadrupedibus, & de plauſtris dicitur. Plautus in Moſtel. Magni ſunt, oneris quicquid imponas, uehũt. Huius compoſita ſunt auehо, aliò ueho. Vergilius, Creditis auectos hoſtes? Aduehо, aliquò ueho. Conueho. συγκομίζομαι. Circumueho. Deueho, deorſum ueho. ἀπάγω. Eueho. extollo. Inueho, intrò ueho. Præueho, antè ueho. Proueho, produco. Reueho, (ἀνακομίζω) reduco, retrò ueho. Liuius 1. Prædáq; inde maiore, quàm quanta belli fama fuerat, reuecta, ludos opulentius inſtructiusq; quàm priores reges fecit. Subueho, ſubtus ueho. ἀναφέρω, ἀνακομίζομαι, ἀνωθέω. Cæſar Comment. 1. Eo autem frumento quod flumine Arare nauibus ſubuexerat, propterea uti minus poterant, quòd iter ab Arare Heluetij auerterant, à quibus diſcedere nolebat. Seueho, ſeorſum ueho. διελαύνω. Propertius, Cur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro? Præterueho, uide in dictione Velabrum in proprijs.

Vĕl, (ἤτοι, ἤ, εἴτ' οὖν, ἄτε) coniunctio plerunque diſiunctiua: ut, Vel ſcribam, uel ad te ueniam. Interdum copulatiua eſt: ut, Maxime me tibi amicum facit uel uirtus, uel doctrina tua. Interdum ponitur pro etiam. καί. Terent. in Andria, uel hoc quis non credat? Vergilius: Vel Priamo miſeranda manus. Interdum pro ualde. Cic. pro Muræn. Vel maximum bellum populũ Romanum cum rege Antiochio geſſiſſe. Interdum pro maxime, Idem Trebat. Quàm moroſi ſunt qui amant uel ex hoc intelligi poteſt. Interdum pro ueluti. Terent. in Hecyra, Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi? Interdum pro ſaltem: ut, Si mihi non creditis, uel operibus credite. Terent. in Phormione, Poſtremò ſi nullo alio pacto, uel fœnore.

Vēlāmĕn, aut uelamentum. ti. modò pro ueſte accipitur. σκέπασμα. modò pro re, qua aliquid uelatur. πρόσχημα, προκάλυμμα.

Vēlārĭă, dicebantur uela, quibus theatra tegebantur. ὀθόνια. Papin. Iam uelaria lintea pluebant. Vnde etiam uelaria, dicuntur loca abdita, quæ uelis clauduntur. Iuuenalis, Et pueros inde ad uelaria raptos.

Vēlātŭs, ornatus, uittatusq;. ἐσκεπασμένος. Verg. Iamq; oratores aderant ex urbe Latina Velati ramis oleæ. Vbi Seruius, Velati, inſtructi, & ornati. id eſt in manibus oliuæ ramos tenentes. cætera uide in Velo. as.

Vĕlēs. itis. pen. cor. qui leuiſsimè omnium armatus eſt, qui & uelatus, & ferentarius. (γυμνῆτις.) Refert Aelianus ordinem pedeſtrem in militia diuidi trifariam, In armatos, quæ grauis armatura dicitur, & uelites, qui leuiſsimè omnium armantur, unde & expediti nuncupantur. non enim ocreas, aut loricam induunt, ſed tantum iaculis & fundis utuntur. In tertio ordine ſunt peltati, à pelta dicti, quod ſcutum eſt paruum, & leue. hi medij erant inter grauem armaturam & leuem. Speciatim, rorarij, accenſi, ferentarij, milites leuis armaturæ uocantur. Per translationem uelites, (λογομάχοι) dicuntur, qui uerbis altercantur. Ouidius in Ibim, Vtq; petit primò plenum flauentis arenæ Nondum calfacti uelitis haſta ſolum. Dicti uelites, quaſi uolites. Cicero De Republica; Militari more ueterum, uelociſsimi cum ſcutis leuibus pedites ad hoc ipſum exercitati, ijſdem miſcendi, quos expeditos, quaſi uolitantes, uolites appellabant. inde uerſa litera o in e, uelites, uel ἀπὸ τοῦ βάλλειν. id eſt à iaculatione, eo quòd tela tantum miſsilia ſecum gerant.

Vēlĭfĭco. as. nauigo, uela facio, do uela, à faciẽdis. id eſt ponendis uelis. (ἱστιοδρομέω.) Dicitur & uelificor, uerbum cõmune. unde & paſsiuũ protulit Iuuenalis, cum dixit, Velifica-

tus Athos, & quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria. Veliſicari honori ſuo per tranſlationem, eſt uelis remiſq;, honoribus & dignitatibus operam dare. Cicero De Lege Agraria, Quòd ſiquis ueſtrûm ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori ueliſicari ſuo, &c. Hoc eſt, euadere ad ſummos honores, non uirtute, & maiorum gloria, ſed uiolenta quadam ratione, ut ſolet fieri ab his, qui quaſcunq; fortunas temere experiuntur uelis in altum elatis, nullo conſilio quicquam facientes.

Vĕlĭfĭcūs, adiectiuum. ut uelificus curſus, qui uelis fit. Plinius lib. 13. cap. 11. Noctis dieiq; uelifico curſu.

Vēlis equiſq;. id eſt omni conatu. ἐκ παντὸς. & mari terraq;, prouerb. uide Chil. Eraſ.

Vĕlĭtārĭs, & hoc. re. quod ad uelites pertinet. γυμνητικὸς. unde uelitaris pugna. Salluſt. in Iugur. Præterea iere ſagittarij, & cohors Peligna cum uelitaribus armis, itineris properandi cauſſa, neque his ſecus atq; alijs armis aduerſum tela hoſtium, quòd ea leuia ſunt, muniti erant.

Vĕlĭtātĭm, aduerbium, ſignificat per ſaltus & interualla, quòd uelites pugnando ſaltibus utantur, (ἀκροβολισμοῦ δίκην.) Siſenna libro 1. Hiſtor. Nos una æſtate in Aſia & Græcia geſta idcirco continentia literis mandauimus, ne uelitatim, aut ſcribendo lectorum animos impediremus. Quidam legunt uellicatim.

Vĕlĭto. as. fit à uelo. as. & ponitur pro uelifico.

Vĕlĭtŏr, pen. cor. contendo, digladior, pugno, (ἀκροβολίζομαι.) Plautus in Menæh. Neſcio quid uelitati eſtis inter uos. Poſtea de re tranſlatum eſt ad uerba. Vnde & pro iurgari ponitur, (λογομαχεῖν.) Gell. lib. 6. cap. 11. Cum inquinatiſsimis hominibus non eſt conuitio decertandum, neq; maledictis aduerſum impudentes & improbos uelitandum, quia tantiſper ſimilis, et compar eorum fias, dum paria et conſimilia dicas, atque audias. Vnde & uelitatio, (λογομαχία) quæ (teſte Feſto) dicta eſt ultro citroq; probrorum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugnæ. Plautus in Aſin. Verbis uelitationem fieri, compendio uolo.

Vĕlĭuŏlŭm, pen. cor. mare dicitur, quòd uelis uelatur. Vergil. Deſpiciens mare ueliuolum. Veliuolæ naues, quæ uelis uolant. ut Ennius, Naues ueliuolas, Quod & propriè dixit.

Vĕllātūră, precium quod nautæ datur ab his, qui nauigio uehuntur, (πορθμίον.) Vellaturam facere (inquit Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 2.) dicuntur qui uecturis uiuunt. Nam antiqui uellam, non uillam dicebant.

Vĕllĭco. as. pen. cor. frequenter uello, quod propriè fit, cum extremas corporis partes digitis uellimus, & preſſando infeſtamus, (παρατίλλω.) Propertius: Nec mihi iam duris inſultes „ moribus, & te Vellicet, heu ſerò flebis amata diu. Per tranſlationem uellicare ponitur pro criminari, mordere, ac lacerare. Gellius libro 4. cap. 15. Plura in Salluſtio inſcitè aut „ maligne uellicant. Horat. Vellicet abſentem Demetrius. Hinc Vellicatus. tus. ipſe uellicandi actus. Plinius lib. 28. capite 6. Extremitates corporis uel aurium uellicatibus perſtringi, &c.

Vĕllo, uellis, uelli, & uulſi, uulſum, extirpo, (μαδίζω, τίλλω.) Suetonius de Cæſ. Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed uelleretur etiam. Vnde uulſa corpora à Quintiliano in proœmio libri 8. dicuntur fœdiſsima. Ponitur aliquando uellere pro eruere, in terram proijcere, euertere. Liuius 6. bel. Pun. Aræ, foci, deûm delubra, ſepulchra maiorũ uulſa, temerata ac uiolata. Huius compoſita ſunt, Auello, conuello, diuello, euello, (ἀποτίλλω, ἀποσπάω) peruello, interuello, & reuello, quod eſt rurſus uello, (ἀνασπάω.) Col. Cum ab opere boues diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibuſq; comprimat dorſum, et pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere. Et omnia hæc uerba per duplex ll ſcribuntur.

Vĕllŭs, (κώδιον) lana ex ouibus detonſa, quòd, ut ait Varro libro De re Ruſtica, cap. 11. ante tonſuræ uſum lanam ueteres uellerent, quam demptam & conglobatam alij uellera, alij uellumina appellant.

Vēlo. las. per ſimplex l, ſignificat tego, operio, (σκεπάζω, καλύπτω.) Lactant. lib. 6. Danda eſt opera, ut indumento iuſtitiæ pietatiſq; uelemur. Et uelare, ligare. Pompon. Reſte uelet gulam. Plautus in Amph, Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum. Per tranſlationem ponitur pro ueſtire. Plaut. Muliebri uelatus toga. Vnde uelati, ſicut docet Feſt. appellabantur ueſtiti, & inermes, qui exercitum ſequebantur, quiq; in mortuorum militum locum ſubſtituebãtur. Hi poſtea mutatis literis uelites dicti ſunt, qui & ferentarij, ab auxilio ferendo. Huius uerbi compoſita ſunt, Euelo, & reuelo, quæ ſunt contraria ſuo ſimplici. Nam euelare, & reuelare, ſignificant uelamentum tollere, ſeu rem uelatam detegere, & manifeſtare, (ἀποκαλύπτειν.) Præuelo, de quo alibi. Et habent penultimam productam.

Vēlōx, celer, (ταχὺς, ὠκὺς) à uolando, quaſi uolox. Verg. li. 5. „ Aeneid. Ictum uenientem à uertice uelox Præuidit. Hinc uelocitas, celeritas. Et uelociter, celeriter. Martial. libro 1. Quodq; magis mirum eſt, uelociter exit ab hoſte.

Vēlŭm, (ἱστίον) tegmen, à uelo. as. deductum: quanquam quidam à uolo. as. deriuent, quòd uela uentis agitata uolitare uideantur. Varro à uelleribus, quòd ex ouium uelleribus fierent uela, quibus homines tegebantur, quamuis nauium uela ex lino aut ſparto fierent. Vergilius: Vela dabant læti.

Accipitur etiam pro cortina, quæ lectis circunducitur, περιπέτασμα.

Vĕlŭt, (οἱονεὶ, ὥσπερ) aduerbium ſimilitudinis. uide Vallam „ libro 2. cap. 36. * Vergil. lib. 10. Aenei. Ac uelut optatò uentis æſtate coortis.

Vĕlŭtĭ, in eadem ſignificatione. Vergil. 7. Aenei. Magno uelutí cum flamma ſonore.

Vēnă, dicta eſt, quòd per eam ueniat ſanguis. (φλέψ.) nam eſt conceptaculum ſanguinis mixti, confuſiq; cum ſpiritu naturali, in qua (ut ait Gell. Lib. 18. cap. 10.) plus ſanguinis, minus ſpiritus. Venæ ſuapte ui immobiles ſunt, & ſanguinis tantum dimittendi gratia explorantur. Arteriæ autem motu atque pulſu ſuo habitum, & modũ febrium demonſtrant. Vena affert ſpiritum nutritiuum, quoniam ſanguis eſt nutrimentum corporis. Neruus affert ſpiritũ ſenſitiuum. Nerui magni, ſunt cauſſa motus totius corporis. Vbicunque eſt uena, ibi eſt neruus, & arteria. Super arterias locantur uenæ, præter quàm in dorſo, in quo magna arteria, quæ trachea dicitur, eſt poſita ſuper uenam. Arteria, quæ tendit ad pulmonem, & accipiendi reddendiq; ſpiritus officio fungitur. Venæ quoq; de arboribus dicuntur. Plinius libro 16. capite 38. In quarundam arborũ carnibus pulpæ uenæq; ſunt.

Ponitur aliquando uena pro ingenio hominis ad aliquid „ ſcribendum apto. Iuuen. Satyra 7. Sed Vatem egregium, „ cui non ſit publica uena, &c. hoc eſt, ingenium uulgare & rude, commune cum alijs. Inde fit uenoſus. a. um. quod eſt uenis turgentibus plenum, (φλεβώδης.) Plinius lib. 12. cap. 13. Amomi uua in uſu eſt, frutice uenoſo. Transfertur etiam ad alia, ut ad orationem, quæ tanquam corpus conſtruitur, quòd ſuccum & ſanguinem habet, & uenas, & oſſa, & neruos, & carnem, & poros, & robur, & colorem decoremq;. Vnde à Perſio dictus eſt liber uenoſus, pro aſpero, duro, & „ horrido, cum ait: Eſt nunc Briſei quem uenoſus liber Acci. Per tranſlationem tamen uenæ in terra, dicuntur ſubterranei meatus, per quos unda manat, aut alius liquor. Hirtius quarto bel. Alexan. Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis habere uenas. Venas quoq; argenti, & uenas auri dicimus. Cic. 2. De Natur. Nos æris, argenti, auri uenas penitus abditas inuenimus, &c.

Vēnābŭlŭm, telum, quo uenantes utuntur, aciei longiſsimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. προβόλιον, ὑανόν. » Martial. Si directa geres longo uenabula roſtro, Hic breuis » in grandem comminus ibis aprum.

Vēnālĭs, & hoc. le, quod uendendum eſt, uel uenditioni expoſitum. ὤνιος. Cicero libro 3. Offic. Venales quidem hortos ſe non habere dixit. Aliquando ponitur pro ſordido, auaro, qui aut obſonij, aut pecuniæ gratia ſeipſum uenderet, nihilq́ facere recuſaret. Salluſt. O urbem uenalem, & citò perituram. Venales etiam, ſi nihil addas, ſerui nouitij intelliguntur, qui ad uendendum ſunt expoſiti. Seruorum enim alij nouitij, alij ueteratores. Vlpianus: Aediles præcipiunt, ne ueterator pro nouitio ueniat. Venale, ſubſtantiuum neut. generis. id quod uenditioni exponitur. Plinius lib. 6. cap. 22. Fluminis ulteriore ripa merces poſitas iuxta uenalia tolli ab his, ſi placet permutatio.

Vēnālĭtĭārĭŭs, maſculini generis, apud Varronem & Plinium dicitur mango, & nouitiorum ſeruorum negotiator, (ἀνθρωποκάπηλος.) Africanus: Mercis appellatione homines non contineri, Mela ait: & ob eam rem mangones, non mercatores, ſed uenalitiarios appellari.

Vēnālĭtĭŭm, corpus ipſum, uel uenditio, uel locus ubi nouitij uenduntur, (ἀνθρωποκαπηλεῖον.) Venuleius de ædilitio edicto. l. ultim. Nam quicunq; ex uenalitio nouitiorum emptus alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim eum è ueteratorum numero eſſe.

Vēnālĭtĭŭs, (ἀγοραςὴς) uenditor, ut in oratione Corneliana: Neq; me diuitiæ mouent, quibus omnibus omnes Aphricanos & Lælios multi uenalitij, mercatoresq́ ſuperarunt: & ſic ſubſtantiuum eſt. Aliquando uenalitius, capitur pro uendito corpore, (ἀνδράποδον.) Plinius libro 35. cap. 8. Aliosq́ deinceps, quos enumerare iam non eſt, è ſanguine Quiritum, & proſcriptionis licentia ditatos, hoc inſigne uenalitijs gregibus, opprobriumq́ inſolentis fortunæ. id eſt uenditis ſeruis. Et ſic adiectiuum eſt. Sic Pomponius Iureconſultus libro Dig. 24. Quòd ſi familiam domeſticam uxoris, aut uenalitiam parauit.

Vēnātĭcŭs. ca. cum. quod ad uenationem pertinet. (θηρατικὸς, κυνηγετικὸς.) Vnde uenaticos canes, dicimus quibus feras perſequimur. Var. 2. de re Ruſt. cap. 9. Canum duo genera, unum uenaticum, & pertinet ad feras beſtias, ac ſylueſtres: alterum, quod cuſtodiæ cauſſa paratur.

Vēnātŏr. oris. Cic. Tuſ. Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri ſe patiuntur.

Vēnātōrĭŭs. a. um. idem quod uenaticus. (κυνηγετικός) ut uenatoria inſtrumenta, quibus in uenando utimur.

Vēnātŭs. us. ipſa uenatio, (κυνηγεσία.) Plautus in Rud. Hunc qui cepi in uenatu meo.

Vēndāx, qui facilè ſeu libenter uendit, (πωλητικός.) Cato de re Ruſt. cap. 2. Patremfamiliâs, uendacem & non emacem eſſe oportet.

Vēndĭbĭlĕ, quod facilè uendi poteſt, (τιμαλφὴς.) Cic. in Rul. Accedent ſalicta ad Minturnas, adiungetur & illa uia uendibilis Herculanea, multarum delitiarum, & magnæ pecuniæ. Per translationem ponitur pro uulgari, & uulgo grato. Idem in Læl. Tamen illius uendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facile uincebat. id eſt fauorem populi captantem. Et in Bruto: Horum ætati propè coniunctus L. Gellius non tam uendibilis orator, quàm ut neſciret, quid ei deeſſet.

Vēndĭco. as. penult. corr. approprio, & meum eſſe dico, mihiq; aſſumo, (ἀντιλαμβάνομαι, ἐξιδιοποιοῦμαι, προσποιοῦμαι, ἀντέχομαι.) Cicero pro Archia: Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum uendicant. id eſt confirmant ſuum eſſe.

Vēndĭtārĭŭs, qui uendere ſolet, (πρακτικός.) Plautus in Stich. Linguam uenditariam.

Vēndĭto. as. (ἀπεμπολάω, ἀποδίδομαι) proprie eſt uenale habere, frequentatiuum ſcilicet uendendi. Plinius libro 25. Hæc eſt quam Ariſtoph. Euripidi poëtæ obijcit iocularitèr matrem eius, ne holus quidem legitimum uenditaſſe, ſed ſcandicem. Translate ponitur pro oſtentare. ὑποτρέχειν, παρενδείκνυσθαι. Vnde uenditare ſe alicui, eſt per aſſentationem operam ſuam ultrò ſpondere, quaſiq; uenalem polliceri: tracta metaphora ab inſtitoribus, qui merces ſuas oſtentare percupidè ſolent. ἐνδείκνυσθαι, καὶ προσνέμειν ἑαυτόν τινι. & χαρίζεσθαι ἑαυτὸν, χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούληται. Cicero ad Attic. libro 8. Quomodo autem ſeſe uenditant Cæſari? id eſt, ſeſe in clintelam Cæſari dedunt, & in eius partes adiungunt. Venditatio uerbale.

Vēndo. is. (καταπιπράσκω, πωλέω, πράττω) ex uenũ & do (ſecundum Apul.) abiectis u & m. Et conſtruitur cum ablatiuo, ſi exprimatur pretium rei, quæ uenditur: uel cum genitiuo tanti, quanti, & huiuſmodi, cum ſint ſine ſubſtantiuo. Plaut. in Merc. Viginti minis opinor poſſe me illam uendere. Cicero lib. 3. Off. Vendo meum non pluris, quàm cæteri, fortaſſe etiam minoris, cũ maior eſt copia. Quòd ſi addentur ſubſtantiua, ſtatim in ablatiuos reſoluuntur. Et ſicut non dicimus, quanto uendidiſti, ſed quanti: ita non dicimus, quanti precij uendidiſti, ſed quanto pretio. Varro tamen ablatiuo uſus eſt ſine ſubſtantiuo, cum ait: Veneunt propter penuriam magno. Huius compoſitum eſt, Diuendo.

Vĕnēfĭcĭŭm, ipſe actus uenenandi, (φάρμακον, φαρμακεία.) Plinius: Hæc arbor ante atrium ſata, omnibus ueneficijs remedio eſt.

Vĕnēfĭcŭs. φαρμακὸς, φαρμακευτ. & uenefica. φαρμακὶς, φαρμακεύτρια. qui & quæ uenena conficit, & qui incantationibus, & cæteris malis artibus utitur. Eſt & ueneficus, adiectiuum: ut ueneficus aſpectus. id eſt ueneno inficiens. Plin. lib. 28. cap. 3. Hominum monſtrificas naturas, & ueneficos » aſpectus plenius diximus. Ouid. Barbara narraturueniſſe » uenefica tecum.

Vĕnēnārĭŭs, qui parat, uel conficit, aut uendit uenena, (φαρμακοποιός.) Apul. Qui uenenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur: qui furem arguit, ſua cuſtodit.

Vĕnēnātŭs. nata. natum. (ἰοβόλος) in quod eſt uenenum coniectum: ut uenenata caro, uenenata munera, uenenatum pabulum, uenenatũ telum. Fit enim à ueneno. nas. quod eſt ueneno inficio.

Vĕnēnōsŭs. ſa. ſum. quod uenenum habet, (ἰώδης) ut uenenoſus ſerpens.

Vĕnēnŭm, dictum eſt, quòd citò per uenas eat, ſiue ſalubre ſiue noxium, quod Græci ἰὸν, φάρμακον dicunt. Nam & medicamenta uenena ſunt. Et eſt generale ad omnia, quæ naturam eius, cui adhibita ſunt, mutant. Qui igitur uenenum dicit, adijcere debet, utrum bonum, an malum: hæc Caius de Verborum ſignific. Plinius: Galbanum aduerſatur uenenis, maxime toxicis, cum myrrha & uino. Vnde per quandam ſimilitudinem, color qui à ueſtibus imbibitur, uenenum appellatur. Vergilius libro 2. Georgic. pro colore purpureo po» ſuit, qui eius conchæ ſpuma eſt: Alba nec Aſſyrio fucatur » lana ueneno. Denique omne quod ſumptum uel tactum nocet, uenenum dicitur. Vnde & pro ueneficio capitur. Ponitur aliquando pro arte malefica. Cicero in Orat. Cum ſibi uenenis ereptam memoriam diceret. id eſt magica arte uel alia malefica.

Vēnĕo. nis. niui. uel uenij, ſupino uenitum exigit analogia, ſiue compoſitio, (πωλοῦμαι.) nam componitur ex uenum & eo, abiectis duabus literis, ſicut inuendo: ſed ipſo ſupino non utimur. Eſt autem uerbum neutrum paſsiuum, Eo in declinatione ſequens, licet apud ueteres inueniatur ueneor, pro uenditus ſum. Plautus, Egóne illi uenear? Verum in hoc uerbo

ueneo pro uendor, ipſum quod uenditur in nominatiuo ponitur, & is à quo uenditur in ablatiuo cum præpoſitione, et pretium in ablatiuo ſine præpoſitione. Cui autem uenditur, in datiuo, ut centum aureis nummis à mangone uenière mancipia mihi. Sed non unquam uenditor & precium rei non explicantur. Plau. in Menæ. Quibus hic precijs porci ueneũt? Varro Veneunt propter penuriam magno. Cice. pro Sext. Quæro primum quare ciuis optimi bona uenierint. * Vide Venum. Aliqui Væneo per æ diphthongum ſcribunt.

Věněrābĭlis, qui cultu & ueneratione dignus eſt, (σεμνὸς, σεβάσμιος.) Plinius: Vir grauis, & ipſa ſenectute uenerabilis. Nomina enim quæ in bilis deſinunt, à uerbis uenientia, quandoque infinitum paſsiuum eius uerbi ſignificant cum dignus: ut ſpectabilis, dignus ſpectari: admirabilis, dignus qui ſit admiratione. Quandoque infinitum uel actiuum uel paſsiuum cum poteſt, uel natura aptum eſt: ut riſibilis, qui poteſt, uel natura aptus eſt ridere. Penetrabilis, qui poteſt, uel natura aptus eſt penetrari. Stabilis, qui poteſt, uel natura aptus eſt diu ſtare. Poſsibilis, qui fieri poteſt.

Věněrāndŭs, idem quod uenerabilis. μεγαλεῖος, σεμνὸς, σεβάσμιος, τίμιος, αἰδέσιμος. Sen. Vocem exiſtimatione dignam, & omni ſeculo uenerandam. Verg. lib. 9. Aene. Venerande puer tam pectore toto Accipio. Vnde non deſino admirari inſcitiam, uel potius inſolentiam quorundam ſacratorum, qui indignantur non ſibi ſcribi, cum literæ dantur, uenerandum, aut reuerendum, dicentes, Venerabilem omnibus conuenire, uenerandum autem uel reuerendum ſolis prælatis, & reuerendiſsimum. ô barbaries.

Věněrānter, ſignificat cum ueneratione. σὺν αἰδοῖ. Apul. Et ab eo ueneranter exceptus, paululum quieui.

Věněrātĭo. onis. Cic. de Natur. habet enim uenerationem iuſtam quicquid excellit.

Věnĕrĭs gemmam, lapillum appellant excellentem colore. Hunc nonnulli ἀντέρωτα uocant.

Věněrŏr, ex uenia & orando compoſitum eſſe uidetur, quaſi ueniam oro. Eſt autem uenerari, colere. δι αἰδοῦς ἄγειν, σεβάζειν. & ueneratio, honor & cultus. Vergilius 1. Georgicor. In primis uenerare deos, &c. Poëtæ tamen quandoq; ueneratum pro uenerabili ponunt. Vergilius, Curſusq; dabit uenerata ſacerdos.

Věnětŭs color (ut ait Vegetius) cæruleus dicitur, qui color eſt marinis fluctibus ſimilis. Scribit Lampridius Heliogabalum comediſſe piſceis coctos conditura Veneta, quaſi in marina aqua cum colore ſuo. À quo colore aurigarum factio Veneta nominatur: & qui eo colore induebantur, Venetiani dicebantur. Vegetius libro quarto, De re militari ſcribit, nautas ueſte Veneta eſſe induendos, & uela nauium exploratoriarum colore Veneto eſſe tingenda. Hic color etiam thalaſsicus. id eſt marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. Idem à colore ferri ferrugineus dicitur, Gallicè Bleu.

Věnĭă, dicta eſt quòd optanti adueniat (συγγνώμη.) Eſt enim remiſsio culpæ, & condonatio erroris. Quintilianus, Peccaui, ueniam peto. Quandoq; ponitur pro beneficio, indulgentia, & permiſsione. συγχώρησις. Cicero lib. 1. de Orator. Date nobis hanc ueniam, (συγχωρεῖτε) ut ea quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini. id eſt concedite. Terentius in Andr. Da pater ueniam, ſine te exorem. Et cum uenia dicimus, hoc eſt cum pace tua, & te permittente Hinc uenialis, & le. quod uenia dignum eſt. Macrob. Si uenialis erit iſta translatio. Vergil. lib. 4. Aen. Nanq; dabunt ueniam uotis, iraſq; remittent.

Věnĭo. is. ire. uentum, propriè eſt quaſi uerſus nos ire. ἥκω, κατέρχομαι. Vnde apud authores frequenter pro ire ponitur. Vergilius, Veniſti tandem. Terentius, Niſi ego ad mercatum uenio. id eſt eo. Sic econtrario ire pro uenire, ut eo ad te. Et ambo iungi poſſunt datiuo, ut Vergilius, It clamor cœlo, & hoſtis uenit excidio. id eſt ad excidium. Aliquando cõſtruitur cum ablatiuo mediante in, quaſi ſignificet permanentiam. Et licet uenio neutrum ſit, tamen eius compoſita quandoque mutant terminationem: ut conuenio, conuenior: inuenio, inuenior. Reliqua compoſita ſunt, Aduenio, circumuenio, contrauenio, deuenio, euenio, interuenio, obuenio, peruenio, prouenio, præuenio, reuenio, ſubuenio, & ſuperuenio. παρατυγχάνω, ἐφίσημι. Horatius, Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora. Poëtæ tamen aliquando uenire pro imminere uſurpant. Vergilius, Se ſatis ambobus Teucriſq; uenire, Latiniſq;. Aliquando pro creſcere, Idem lib. 1. Georgic. Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ. Aliquando pro portari. Plinius, Species ſinopidis tres: rubra, et minus rubẽs, & media inter has eius, quæ ex Africa uenit octoniaſſes.

Věnīrě in mentem, non ad recordationem tantum eſt, ſed ad conſiderationem, & reputationem, et intelligentiam. εἰς νοῦν ἐλθεῖν. Terentius, Vbi in mentem eius aduenti uenit. Veni in ſuſpicionem, in obliuionem, in uituperationem. id eſt ſuſpectus ſum factus alijs, alij me obliti ſunt, uituperor ab alijs. Veni in opinionem. id eſt opinionem habeo. Aliquando tamen paſsiue dicitur, cum opinio pro fama accipitur, uide Vall. lib. 3. cap. 86.

Věnŏr. aris. feras indago, feris inſidior, & quaſi circumuenio. θηράω, θηρεύω. Cicero ad Cælium lib. 2. De pantheris, per eos qui uenari ſolent, agitur mandato meo diligenter. Veteres uenari paſsiuè pro circumueniri poſuerũt. Ennius, Teneor correpta, & undiq; uenor. À quo per translationem uenari capimus pro captare, hoc eſt artificio quodam, & ſolertia quærere: ut uenor laudem, gloriam, quod etiam aucupari dicimus. Cicero Attico lib. 16. Bene igitur tu, qui ἀθανασίαν uenaris, relinquis patriam.

Věntěr, capitur pro eo, qui uidetur, hoc eſt qui à pectore ad pubem terminatur. γαστήρ. Hicq; extenditur, quoniam ex pelliculis conſtet, quas uocant pantices. Iuuenalis, Montani quoque uenter adeſt abdomine tardus. Sed propriè eſt, ubi cibi conficiuntur. id eſt ſtomachus. Ventrem ferre, eſt eſſe grauidam. Colum. lib. 6. cap. 24. de uaccis, Nam decem menſibus perferunt. Cuius diminutiuum eſt uentriculus. στόμαχος. Celſus libro 4. cap. 1. Ventriculus autem, qui receptaculum cibi eſt, conſtat è duobus tergoribus, iſq; inter lienem, et iecur poſitus eſt. Huius duo ſunt orificia, (ut inquit Macrobius) ſuperius, & inferius: ſuperiore, deuorata recipiũtur, inferiore quæ excreturi ſumus, emittuntur. Aliquando ponitur pro ſtomacho. Iuuen. Ventre nihil noui frugalius.

Aliquando pro aluo. Celſ. lib. 3. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, uentrẽ eius antè ſoluendum eſſe. Vterus ideo dicitur quia continet, & tanquam uter eſt. Ventriculi præterea ſunt cerebri cõcauitates, ex quibus ſeptem paria neruorum oriuntur, à Græcis συζυγίαι. id eſt coniunctiones ſiue coniugationes uocantur.

Věntĭlābrŭm, pen. prod inſtrumentum quo aliquid uentilatur. πτύον, θρῖναξ. Colum. lib. 2. cap. 10. Nam cum acerinis paleis, graniſq; mixtus in unũ fuerit congeſtus, paulatim ex eo uentilabris per longum ſpacium iactum iactetur.

Věntĭlātŏr, qui frumenta uentilat, (λικμητὴς, φυσητήρ.) Col. lib. 2. cap. 10. Eò perueniet, quò uentilator eam iaculabitur. Ventilatores apud Quint. lib. 10. ca. 7. ſunt præſtigiatores, qui ut uentilatores grana quæ purgant, in uentũ proijciunt, ita rem quam retinent manibus eijcere uidentur. Ita enim ait, quo uſu conſtant mira illa in ſcenis pilariorum ac uentilatorum, ut ea quæ emiſerint, ultro uenire in manus credas, & quà iubentur decurrere.

Věntĭlo. las. penu. cor. uentum excito, aut ad captandum uentum

»tum pono, aut iacio. λικμάω. Propert. Hâc Venus, ut uiuat, » uentilat ipſa facem. Hinc uentilari frumentum dicitur, dum in area uentilabro purgatur (λικμᾶσθαι.) Plin. Multi uentilare quoq; granum uetant. Et uentilari uinũ dicitur, quod dicunt dare uentum uino, ut fit cum difficulter exit è dolio. Colum. lib. 12. ca. 10. Quo maior æſtus erit, eo ſæpius conuenit uinum nutriri, refrigerariq́;, & uentilari. Interdum uentilare, eſt per manus uerſare è digitis eximendo. Apul. Ad hæc ego inſperato lucro diffuſus in gaudium, & in aureos refulgentes, quos identidem manu mea uentilabam. Iuuena» lis, Cum uerna Canopi Criſpinus Tyrias humero reuocan» te lacernas, Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum. Huius compoſitum eſt, Euentilo, (ἐκλικμάω) extra uentilo. Colum. lib. 1. Et celeriter frumenta deteruntur, non ſedente ſolo pulſibus ungularum, tribularumq́;, & eadem euentilata mundiora ſunt, lapillisq́; carent.

Vĕnto. as. frequentatiuum, quo ueteres uſi ſunt, ſed pro eo utimur alio frequentatiuo, uentito, (ἐπιχωριάζω.) Plin. libro 35. cap. 10. Gratior Alexandro magno erat frequenter in officinam uentitanti.

Vĕntōsŭs. a. um. quod eſt uento plenum, (ἀνεμώδης) Vt uentoſa regio, (ὑπήνεμος) uentoſus aër, apud Plinium lib. 2. ca. 18.

Aliquando dicitur inane, ut uentoſa uerba. id eſt ſine pondere, & ſine effectu. Plinius in Paneg. Superbiebat uento» ſa, & inſolens natio. Vergil. 11. Aeneid. Iam noſces uentoſa » ferat cui gloria fraudem.

Vĕntŭlŭs, diminutiuum, paruus uentus. ἀνεμίδιον. Terent. in Eunu. Cape hoc flabellum, & uentulum huic ſic facito.

Vĕntŭs, (ἄνεμος) à uenio fit: nam proprie eſt cum impetu uentans aër, cum nihil aliud ſit uentus, quàm aër commotus, atq; agitatus. Ventus ait Ariſtot. in Meteoris, eſt uapor ſiccus à terra reſolutus, cum aliqua uirtute cœleſti compoſitus. Aguſtinus libro de Quantitate animæ, Nihil aliud quàm iſtum aërem commotum, ac agitatum eſſe ſentimus. quod in loco tranquilliſsimo, & ab omnibus uentis quietiſſimo, uel breui flabello approbari poteſt: quo etiam muſcas abigentes aërem cõmouemus, flatumq́; ſentimus: quod cum euenerit occultiore quodam motu cœleſtium, uel terrenorum corporum per magnum ſpacium mundi, uentus uocatur, ex diuerſis partibus cœli nomina etiam diuerſa ſortitus. Vitruuius, Ventus inquit, eſt aëris fluens unda, cum incerta motus redundantia. Naſcitur cum feruor offendit humorem, & impetus fractionis exprimit in ſpiritus flatum. Sunt autẽ quatuor uenti, à quatuor mundi partibus, ſed ſinguli in ternos diuiduntur. Ab Oriente æquinoctiali Subſolanus: & ad ſeptentrionem habet Vulturnum, à uoluendis nubibus dictum: ad meridem Eurum, ſic dictum quia latè flat. hi ſunt calidi & ſicci, quia ſub ſole diu morantur, in ortu diei ſalubres ſunt, quia ueniunt ab aëre temperato. Ab occaſu æquinoctiali Fauonius eſt, dictus quòd foueat quæ naſcuntur. Hinc Circius eſt ad ſeptentrionem, Zephyrus ad auſtrum: ſunt iſti temperatè frigidi & humidi, quia Sol paruam facit moram in occidente, propterea nec multum calefacit illos, nec multum deſiccat: in fine diei ſalubres ſunt, quia à Sole tunc ſubtiliores redduntur. À meridie Auſter eſt dictus, quòd hauriat aquas. Hinc ad orientẽ Notus eſt, qui Græcè ſic dicitur ab humore, Africus ad occidentem. Calidi humidiq́;, nubes pluuiasq́; inducunt, citant tempeſtates marinas, impediunt uirtutes animales, & grauitatem corpori afferunt. À ſeptentrione Boreas eſt. Hinc ad orientem Aquilo ſurgit, ad occaſum Corus. Hi uenti frigidi ſunt & ſicci, unde corpora indurant, poros conſtringunt, humores purificant. Ventus operam dat, dixit Plautus in Milite. id eſt proſper eſt. Ventum popularem quærere in re aliqua, eſt populi plauſum, & ſecundum rumorem, fauoremq́; inanem expiſcari.

Vĕntrālĕ, ueſtimentum uentrem contegens, (ἐπιγάστριον.) Plinius lib. 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut uilloſa etiam uentralia.

Vĕntrĭōsŭs, & uentricoſus (γαστρώδης) dicitur, qui magnum habet uentrem. Plaut. in Mercat. Canum, uarum, uentricoſum. Siquidem c litera ſæpe additur, ut Arcadius, Arcadicus, Sardonius, Sardonicus, num & nunc, tum tunc. Iuuenalis, Viuendum eſt rectè, tum propter plurima, tunc his Præcipue cauſis.

Vĕntrōsŭs. a. um. idem Plin. lib. 14. cap. 21. Ventroſa ac patula minus utilia.

Vēnŭm, à ueni, quaſi uenium, uſurpatur pro ſupino uerbi ueneo, ut uenum ire, (ἀπεμπολᾶσθαι) uel uenum irent, & huiuſmodi nobis licet uti, quemadmodum & peſſum, ut peſſum ire, & peſſum ibit, & ſimilia: unde & peſſundo. Salluſtius in Iugurtha. Quippe cui omnia uenum ire in animo hæſerat. Liu. lib. 3. Tum etiam legem fecerunt, ſanciendo ut qui tribuniſplebis, ædilibus, iudicibus, decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, liberi liberæq; uenum irent. id eſt uenderentur. Sciendũ eſt quòd dicimus, Venum ire, non uenum iri, ſicut uapulatum ire, non iri. quia ſemper ſunt paſſiuæ ſignificationis, ne duo paſſiua copulentur. In cæteris uerò quæ ambigua ſunt, quòd actiuè & paſſiuè accipi poſsint, ad diſtinguendum ſenſum, accommodamus infinitum hoc, uel actiuum, uel paſſiuum, ut, Video te amatum ire, uel iri, quia talia ſupina ſunt ancipitis ſignificationis.

Vēnūndo. das. (ἀπεμπολέω, ἀπεμπολάω) ex uenum & do, ſequitur tam in præterito, quàm in ſupino do, niſi quòd in præterito pluſquamperfecto uenundaſſem, & uenũdaſſe dicimus. Plinius libro 35. Octoginta talentis uenundatas. Hinc uenundatio, (ἀπεμπόλησις) permutatio rerum, & contractus ex conuentione proueniens.

Vĕnūſtās, (ἀφροδισία, χάρις) à Venere, cum pulchritudinem ſignificat. Venuſtatem fœminis, dignitatem uiris conuenire docet Cicero de Offic. Terent. in Hecyra, Antiquamq́; adeò tuam uenuſtatem obtines. Si Luna à Ioue defluat ad Venerem, facit uenuſtos, & quibus, (ut ait Firmicus in 4. Matheſeos) ex uenuſtate poteſtas maxima comparetur.

Hinc uenuſtas, (χαριεντισμός, σεμνολογία) capitur pro gratia dicendi, & Venere, amabiliq́; ſuauitate. Cic. 1. De Ora. Dicendi uis egregia, ſumma feſtiuitate & uenuſtate coniuncta fuit. Vnde uenuſtus. a. um. ut uenuſtus homo, & uenuſta oratio: ſicut lepidus homo, & lepida oratio. Quæ ita inter ſe differunt, quòd uenuſtum uocamus: ut ait Quintilianus lib. 6. ca. 4. quod cum gratia quadam, & uenere dicitur. (ἐπιχάριτον, ἐπαφρόδιτον) Lepidum, quod rotunditate quadam, & breuitate, atque acumine uerborum uenuſtum eſt.

Hinc uenuſtè, aduerbium. Cælius ad Cic. lib. 8. Qua in re mihi uidetur illud perquam uenuſte recidiſſe. Hinc quoq; uenuſtulus, diminutiuum. Plautus in Aſinar. Oratione uinnula, uenuſtula.

Vĕnūſto. as. orno. καλλύνω. Huius contrarium eſt deuenuſto. Gel. Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

Veprēs, (ἄκανθα) tam in ſingulari, quàm in plurali, generis maſculini ſecundum Probum, & fœminini ſecundum Priſcianum, rubus, ſiue ſpina dicitur, quòd uehementer prehendat. Ouid. lib. 5. Metam. Aut lepori, qui uepre latens hoſti» lia cernit Ora canum. Huius diminutiuum eſt ueprecula. ἀκανθίς. Cic. pro Sex. Vt illa ex ueprecalis extracta nitedu» la rempublicam conaretur arrodere. Horatius, Corna ue» pres & pruna ferunt.

Veprētŭm, locus uepribus plenus ἀκανθὼν.)

Vēr, (ἔαρ) anni pars temperatior, à ueniendo, quòd tum uenire. id eſt oriri & creſcere incipiunt uirgulta, & frondes, ac flores arborum atque herbarum. Vel dicitur à uiuendo,

quaſi uiuer: uel à uertendo, quòd tum ſe uertere incipiat tempus anni: quippe uer nouum anni initium eſt. Diuiditur enim uer, ut cæteræ partes anni in partes tres, nouum, adultum, & præceps. Ver ſacrum dicebant ueteres, in qua ſacra & ludos faciebant, quod quidam quaſi religioſum putant dictum. Siſenna 4. Hiſtor. Quoniam Sabini feruntur uouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe uer ſacrum facturos. Feſtus: Ver ſacrum uouendi mos fuit Italis. magnis enim periculis uouebant adducti, quæcunque proximo uere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele uideretur Pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem uelabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. Vel potius ἀπὸ τοῦ ἔαρ. ῥος. dicitur uer. Hinc uernus. a. um. quod eſt ueris. Vt uerni flo»res, uernum æquinoctium. * Virgil. in Bucolic. Quantum »uere nouo uiridis ſe ſubijcit alnus.

Vĕratrŭm, (ἐλλέβορος) pen. cor. herba, quæ et helleborus, teſte » Plin. lib. 25. cap. 5. quòd mentem auertat. Perſi. Ebria uera»tro. Huius duo ſunt genera, album & nigrum, utrunq; radice fibrata ceparum modo.

Vĕrāx, (ἀληθινὸς) qui uera dicit, & non mentitur, & plus eſt quàm uerus: quia in ax terminata uerbalia, copiā ſignificant ut bibax. Cic. De Diuin. Multis ſeculis uerax fuit id oraculum. Hinc ueracitas, quæ eſt ſermonis integritas.

Vĕrbă dare, eſt decipere, (παραλογίζεσθαι.) Terent. in Andria: Cui uerba dare difficile eſt.

Vĕrbă ad rem conferre, (τῷ ἔργῳ πιστῶσαι) eſt hoc agere, quod quis dicit. Terentius in Eunuch. Verum ſi uerba ad rem conferet, uapulabit.

Vĕrbālĕ, (ῥηματικὸν) quod à uerbo deſcendit: ut lector à lego, doctor à doceo. dictio Grammaticis familiaris.

Vĕrbāſcŭm, (φλόμος) herba ſimilis eſt uerbenæ, & pro ea ſæpe capitur, folijs minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. uide Plinium lib. 25. cap. 10.

Verg. Egl: 8. Verbenasq; adole pingues et mascula thura.

Vĕrbēnă, proprie (ut ait Seruius) herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolij, qua coronabantur feciales & pater patratus, fœdera facturi, uel bella indicturi. Abuſiuè tamen etiam uerbenas uocamus omnes frondes ſacratas, ut eſt laurus, oliua, uel myrtus. Terent. in Andria, Ex ara uerbenas hinc ſume. Nam myrtum fuiſſe Menander teſtatur. Donatus uero uerbenas ait eſſe omnes herbas, & frondes feſtas ad aras coronandas, ex aliquo loco puro decerptas, quaſi herbenas. Plinius lib. 22. cap. 2. ſcribit nomine ſagminum, & uerbenarum ſignificari gramen ex ara cum ſua terra euulſum. Idem lib. 25. cap. 9. uerbenam peculiariter uocat herbam, quam Græci ἱεροβοτάνην, quaſi ſacram herbam dicūt, aliqui περιστερεῶνα, quaſi columbariam. Eadem autem eſt uerbenaca, quæ & uerbena. Vide Dioſcoridem.

Vĕrbĕr, (μάστιξ, πληγὴ) inſtrumentum longum & exile, qualis eſt uirga, baculus, arundo, & ſi quid eſt ſimile. Verg. 3. Georg. Illi inſtant uerbere torto. Propriè autem ſignificat ſummitatem ſarmentorum. Quint. Ignesq; ex proximo raptos, uerberaq;, quæ caſus obtulerat in uado.

Vĕrbĕrālis, (μαστιγίας) uerbere dignus, quaſi uerberabilis. À quo uerberalior, uerberaliſſimus. Plaut. in Aulul. Verberaliſſime etiam rogitas, non fur ſed trifur?

Vĕrbĕrātŭs. us. ipſa uerberatio, (μαστίγωσις) Plin. lib. 31. cap. 3. Verberatu corripiat aëra.

Vĕrbĕrĕŭs. a. um. quod eſt dignum ut uerberetur. μαστιγίας. Plautus in Pſeud. Sed eccum uideo uerbeream ſtatuam, ut magnifice infert ſeſe.

Vĕrbĕrĭto. as. ſæpe uerbero, (καταμαστίζω.) Feſt. Verberitare item Cato frequentatiuè ab eo quod eſt uerberito dixit.

Vĕrbĕro. ras. cædo uerbere, (μαστιγόω, μαστίζω) Sic enim à uerbere fit uerbero, quomodo à fuſtis fuſtigo, à flagellū flagello. Licet etiā de uerbis dicatur, quoniam (ut teſtatur Nonius) non ſolū uerberare à uerberibus dictū, ſed à uerbis. Plaut. in Aulul. Nam cur me miſeram uerberas? Idem in Trucul. Me illis quidem hæc uerberat uerbis. Verberare conuitio uel iniuria, eſt laceſſere. Cic. Fil. ad Tyr. lib. 16. Verberauit te cogitationis tacito duntaxat conuitio. Huius compoſita ſunt, Diuerbero, deuerbero. Teren. in Phor. Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſq; ad necem, hoſpites, tum etiā ciues? Euerbero. Reuerbero, (ἀντιτύπτω) repercutio, impedio. Colum. lib. 5. Vt mota æqualiter humus nouellis ſeminis radicibus quancunq; in partem prorepſerint, molliter cedat, ne incrementa duritia reuerberet, ſed tenera uelut intimo ſinu recipiat. Tranſuerbero, (διελαύνω) feriendo traijcio, transfodio. Lactantius: Nam dolore iniuriæ concitatus Hydas alterum gladio tranſuerberauit.

Vĕrbĕro. onis. qui eſt uerbere dignus, & eſt contumelia ſeruorum, (μαστιγίας.) Plaut. in Amph. Ain' uerò uerbero?

Vĕrbĭgĕro. ras. ſignificat uerba facio, (λογοποιῶ.) Apul. Nimis multa oratio eſt, ſi uelim memorare, quæ ego cōtrà reſponderim, quàm diu, & quoties inter nos uerbigeratum ſit.

Vĕrbōſŭs, multiloquus, qui uerbis abundat. πολυλόγος, πολύμυθος. Cic. in Epiſt. Habes epiſtolam uerboſiorem fortaſſe, quàm uelles. Hinc uerboſe, aduerbium, multis uerbis. Cic. pro Muræna, Satis uerboſe, ſed quid poſtea?

Vĕrbŭlŭm, (ῥημάτιον) diminutiuum. Hieronymus, Secreta uerbula non carent ſuſpicione.

Vĕrbŭm, (ῥῆμα) à uerberatu, quod uerberato aëre lingua, intra palatum omnis oratio promatur. Vnde & pro qualibet dictione ponitur, ſiue illa ſit nomen, ſiue pronomen, ſiue una aliarum partiū. Varro à ueritate deducit, quòd uerum nos loqui oporteat. Eſt autem uerbum uariè à uarijs definitum, propterea quòd uaria ſignificet. primo enim ſacræ ſcripturæ definiunt uerbum eſſe, quod intra animi ſilentium mente concipimus, uidelicet ipſam cogitationem, quæ adhuc conſcientiæ ſecreto retinetur. Vocem uerò, per quàm uerbum profertur in medium. Vox, ſonus, iudex eſt cogitationis, uerborum uero ipſa cogitatio ſicut enim quando uerbum corde concipimus, neceſſaria eſt uox, quaſi quoddam uehiculum uerbi, et quodlibet uerbum ipſum per oris ſonum ad alium transferimus, tamen ſic eum integrum etiam intra nos clauſum tenemus, et ſic à loquente transfertur, ut tamen in ſua ſede teneatur. Aliquando uerbum dicitur, quod à re, ſiue facto diſtinguitur, (ἔπος, λόγος) ut, Non eſt opus uerbis, ſed factis. Hinc dare uerba dicimus, pro decipere. Aliquando ſumitur pro ut eſt una ex octo partib. orationis, in quo omnis uis orationis eſt. Hinc uerbale nomen dicitur, quod à uerbo deſcendit. Aliquando capitur pro uniuscuiuſque ſigno, quòd ab audiente poteſt intelligi. unde uerboſus, multiloquus. Aliquando pro contexta oratione, quamuis in ea multa ſint: ut apud prophetas ſæpe legimus, Verbum quod factum eſt. Eſt & uerbum tota ſententia, ſeu enunciatio, quæ uno ligatur, & ſtringitur uerbo, (ἀξίωμα.) Teren. in Adel. Poſtremò illud non meum uerbum facio, quod Mitio bene & ſapienter dixit.

Vĕrēcŭndĭă, (αἰδὼς, αἰσχύνη) ut inquit Ariſtot. libro Rhetoricorū ad Theodecten: dolor eſt quidam, & perturbatio ex malis aut præſentibus, aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam inferant. Huius contrarium eſt inuerecundia, contemptus eorum, atq; impaſſibilitas. Donatus Verecundiam eſſe dicit recti & honeſti facti, pudorem uerò mali.

Vĕrēcŭndē, (αἰσχυντηλῶς) aduerbium, cum pudore. Cicero 5. De Finib. Tum ille timidè, uel potius uerecundè: Facio, inquit, equidem.

Vĕrēcŭndŏr, uerecundia teneor, (ἐγκαλύπτομαι, αἰσχύνομαι.) Cic. lib. 3. De Orat. Alterum cunctantem, & quaſi uerecundantem incitabat. Plaut. in Trin. Verecundari neminem apud menſam decet.

Vĕrēcŭndŭs,

Verecundus, (αἰδήμων) qui uerecundia tenetur, qui pudens eſt, cui à Latinis petulans opponitur. Plaut. in Aſin. Decet uerecundum eſſe adoleſcentem.

Veredarius. δρομεὺς. nũcius, curſor, ſiue tabellarius equeſtris, celeri celeritate literas proferens, ut à caballus caballarius. Veredus enim dicitur equus uelociſsimi curſus, quibus uſi » ſunt maiores in uenatione. Mar. Parcius utaris moneo rapi » ente ueredo. Idem lib. 14. Stragula ſuccincti uenator ſume » ueredi. Talibus noſtra tempeſtate utuntur lancearij equeſtres, Stratioticos quos dicunt lanceas manibus reciprocantes. Dictus eſt autem ueredus à uehenda rheda.

Verenda, (τὰ αἰδοῖα) dicuntur loca, quæ non niſi cum uerecundia nominantur. Plin. Epiſt. 14. libri 3. Alius pectus & uentrem, atq; etiam (fœdum dictu) uerenda contundit.

Vereor. eris. itus. timeo, (αἰσχύνομαι, αἰδοῦμαι.) Sed propriè uereri liberorum, qui honeſtatis gratia mouentur, timere ſeruorum, qui formidine pœnæ faciunt. Dictũ uereor à ue, & reor, quaſi ualde reor, quia ea quæ timemus, multi facere, ac diu cogitare ſolemus. Plin. Epiſt. 110. lib. 5. Cum ſequerer, ut magiſtrum, uererer ut parentem. Et quemadmodum dicimus, timeo te, tibi, à te: ſic etiam uereor te, tibi, à te, in eadem ſignificatione. Cicero 4. Acad. Vos autem ueremini mihi, ne labar, &c. Teren. in And. Ego dudum nõnihil ueritus ſum Daue abs te, &c. In eadem ſignificatione dixit Cicero in Catone Maiore de Carthagine, De qua, inquit, non antè uereri deſinam, &c. id eſt timere ne nobis malũ inferat. Huius compoſitum eſt, Reuereor, (ἐντρέπομαι) id eſt uenerationi habeo, quod eſt timor agendi, quod reprehendi poſsit. Hinc » reuerentia, (ἐντροπή.) Iuuenalis, Hic nullus uerbis pudor, » aut reuerentia menſæ.

Veretrum pro mutone, in Biblijs. Deut. 23. uide Verretrum.

Vergo, uergis, uerſi, ſecundum Diomedem. xi. ſum. ſignificat » declino, (ἐντείνω, ῥέπω, ταλαντεύω, φέρομαι.) Vergilius libro » 12. Quo uergat pondere letum. Iungitur aliquando accuſatiuo cum præpoſitione ad uel in. Cicero 11. Philip. Et eius auxilium ad Italiam uergere, quàm ad Aſiam maluerunt. Idem ad Qu. Frat. libro 3. Id nunc honeſtè uergit in tectum inferioris porticus. Huius compoſita ſunt, Deuergo, deorſum uergo. À quo deuergentia pro curuatura. Gellius, Nam quanta partium circulorum cœli ex deuergentia, & conuexionibus quid uarietatis ſit, quis non uidet? Inuergo. Plautus in Curcul. Ipſum expecto tangere, inuergere in me liquores tuos.

Verriculum, uide Viriculum.

Veridicus, (ὁ ἀληθεύων) qui uera dicit. Similiter ueriloquus. & ueriloquax, qui licet multa loquatur, nõ tamen mentitur.

Verificus, à uero, & uerifico. uerbum, eiuſdem ſignificationis cum uero uerbo. Et inde uerbalia, uerificatio, & uerificabilis.

Veriſimile, (πιθανὸν, εἰκὸς) dicitur id quod licet nõ ſit uerum, ueri tamen ſimilitudinem habet. Cicero pro Roſcio Amer. Etiam tum cum ueriſimile erit aliquem commiſiſſe in ſuſpicione, latratote. Inde aduerbium ueriſimiliter. Vnde ueriſimiliter mentiens, (προσμιμωδῶς) dicitur, qui falſum perinde quaſi uerum ſit, narrat.

Veritas. tis. uide Verum.

Veriuerbium, uerus ſermo, (ἀληθολογία.) Plaut. Tu repertus, Philocratem qui ſuperes ueriuerbio.

Vermiculor. aris. infeſtor uermiculis, uermiculos facio, (τερηδονίζομαι.) Plin. lib. 17. cap. 24. Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen ferè, idq; aues caui corticis ſono experiuntur. Hinc uermiculari, minuta opera facere, (λεπτουργεῖν.) Et uermiculata opera, (διαποίκιλα) dicuntur, quæ paruis teſſulis inſititijs elaborata, apta atq; conſerta ſunt, qualia quæ muſaica uocant. Muſæa enim appellantur, quæ in ædificijs ex pumicibus dependentia fiunt, ad imaginem ſpecus reddendam. Plin. lib. 35. cap. 1. Vermiculatis ad effigiem rerum, & animalium cruſtis. Et uermiculatim, minutim. Hinc uermiculatio, uerbale, quæ eſt, cùm enatis uermiculis & beſtiolis, ſegetes arbores ue infeſtantur.

Vermina. orum. neutri generis, pluralis numeri, (σκώληκες) dolores corporis, qui quodam minuto motu inteſtina quaſi uermes ſcindere uidentur. Plinius, Magis eo uermina, & dyſenteriam curari putant. Græcè, ut quidam uolunt, hic dolor στρόφος dicitur.

Vermino. nas. pen. cor. uermeis habeo, (σκωληκιάω.) Celſ. Nihil eſt perniciosius pueris, dum uerminant. Hinc uerminatio, pro morbo præſertim in iumentis. Plinius libro 28. ca. 11. Iiſdem ſanari dimiſsis in fauces iumentorum uerminationes notum eſt. Hinc uerminari, pro torqueri aliquando ponitur. Varro, Septimo menſe uerminari cœpit, partum putauit propinquum.

Verminoſus, qui uermeis habet. σκωληκιῶν. Vnde uerminoſæ aures, (σκωληκιῶντα ὦτα) quæ intus uermes habent.

Vermis, (σκώληξ) à uertendo dicitur, quòd ſeſe torquendo uertat & repat. Hinc uermiculus, diminutiuum.

Verna, (οἰκότριψ, οἰκότριβὴς) ſeruus domi noſtræ natus, aut ancilla, ex ſeruo noſtro, aut ancilla. eſt enim communis generis. Dicitur autem à uere, quòd hoc tempus anni ad generandũ maxime ſit idoneum. Et quia domini cum ancillis conſuetudinem habebant uerno tempore, ideo ſeruos domi natos uernas appellauerunt. Plautus in Mil. Quid, nutrici non miſſurus quicquam, quæ uernas alit? Huius diminutiuum eſt uernula.

Vernaculus. la. lum. (ἐπιχώριος) dicitur omne quod domi noſtræ naſcitur, uel quod in noſtra patria eſt. Vnde uernacula lingua dicitur, uel ſeruilis, uel plebeia, qua tanquam communi ac naturali omnes uulgò loquuntur. Vernaculus mos. id eſt domeſticus, uel patriæ. Interdum ponitur pro proprio ac peculiari. Plinius lib. 14. cap. 2. potiſsima nobilitas datur uuis peculiaribus, atque uernaculis Italiæ. Interdum pro eo quod à nobis domeſtica conſuetudine uſurpatur. Cicero in Brut. Neſcio quo ſapore uernaculo. Idem in Verr. Act. 6. Non ut ſolemus interdum in defenſionibus dicere crimen domeſticum, ac uernaculum. Vernaculi etiam dicuntur malis moribus homines, & lingua proterua, quòd uernarum ſimiles ſint, quibus ars eſt adulari, & male dicere. Item uernaculum dicitur, quod eſt ueris. Plinius lib. 17. Vernacula putatio, deiectis per ramos uitium criminibus circumueſtit arborem.

Vernalis. & hoc le. (ἐαρινὸς, οἰκοτριβικὸς) quod eſt ueris. Auguſtin. lib. 7. Ciui. Propter uernalem quippe faciem terræ, quæ cæteris temporibus eſt pulchrior, Porphyrius philoſophus nobilis, atyn florem ſignificare perhibuit. Hinc uernaliter, (οἰκοτριβικῶς) ſeruiliter. Horat. in Serm. Necnon uernaliter ipſis fungitur officijs. Quod alij pro luxurioſe, alij pro adulatoriè exponunt, quibus hæc uiuendi ars eſt.

Vernatio, (λεβηρὶς) corium uetus, quo ſerpentes exuuntur, quoniam id uere fit. Notum eſt ſerpentes quotannis uerno tempore exuere membranam corporis, hyberno ſitu obductam. Plin. Lendes tolluntur adipe canino, uel anguibus in cibum ſumptis anguillarum modo, aut uernatione, quam exuunt, pota. Idem, Anguinæ uernationis membrana cum oleo, tædaq; reſina calefacta, auribus prodeſt. Eadem ſenectus dicĩtur. Vide in dictione Senectus.

Vernilis, & hoc le. penult. prod. idem quod ſeruilis, ſiue ſcurrilis. οἰκετικός.

Verniliter, ſcurriliter, ſiue adulatoriè. οἰκοτριβικῶς.

Vernilitus, pro adulatore à ueteribus uſurpatur. Cæcil. Credo nimis tandem hic ſit uernilitus.

Verno. as. pullulo. ἐαρίζω. Mart. lib. 2. Dum tibi uernarent te» nera lanugine malæ. id eſt pilos emittere inciperent. À ue-

re deductum uocabulum, quo tempore omnia renaſci conſpiciuntur. Aliquando pro canere. Plaut. Dum auiculæ uernant. Quippe uerno tempore omnia lætari uidentur. Ponitur aliquando pro ſplendere. Plin. lib. 8. cap. 27. Fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidiusq́ uernat. Vernans cœlum, ſalubre & mite, omnibusq́ tam gratum, quàm quod uerno tempore uidemus. Plin. lib. 7. cap. 2. Salubri cœlo, ſemperq́ uernante. Vernans ager, pullulãs, floridus, uiridis, lætus. Mart. lib. 9. Arguto paſſere uernat ager.

Vĕrnūs. a. um. quod eſt ueris. ἐαρινός.

Vērō, (γε μὴν, μέντοι) coniunctio eſt affirmatiua, & ſignificat certè, uerè: & ponitur in ſecundo loco orationis. Vergilius, Egregiam uero laudem, & ſpolia ampla refertis Tuq́, puerq́ tuus. Cic. Ego uero Serui uellem, ut ſcribis, in meo grauiſsimo caſu affuiſſes. Interdum eſt aduerſatiua, & ſignificat autem, (μέντοι.) & in eodem loco utraq́ hæc coniunctio poni poteſt, antecedente ſemper aliqua dictione. Seneca, Honeſtam tibi prouinciam delegaueram, tu uero tanquam turpem recuſaſti. Interdum expletiua eſt, (δὲ) quando ſcilicet ornatus tãtum cauſa ponitur: ut, Tu quidem ſcribis, ego uero lego. nuſquam enim refertur, ſed tantum à ſententia ſententiam diſtinguit. Pro interiectione ſtomachantis accipi ait Donatus in illo Eunuch. Moue uero ocyus te nutrix. Aliquando concedentis & permittentis eſt particula. Cicero in Bruto, Tum Brutus in me intuens, orationes inquit, ueteres nobis explicabis: Ego uero, inquam, Brute, ſed in Cumano. Ponitur etiam pro quinimò. Seneca, Socratem cum Platone, & Zenonem, & Cleanthem in animum meum ſine dignatione recipiam: ego uero illos ueneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo. Plin. in Præf. Proinde occupantibus locum faueo, ego uero & poſteris. Dicimus autem, age uero, ſanè uero, iam uero, enimuero, at uero, (ἀλλὰ μὴν, ἀλλὰ γε, ἀλλὰ μέντοι.) uide Vallam lib. 2. cap. 24.

Vēro. ras. uerum dico. ἀληθεύω. Gell. lib. 18. cap. 2. ex Ennio in 13. Annal. Satin uates uerant ætate in agunda? Eſt & uerare, uera repræſentare. Sidonius, Quoties uerba Graia carmine uerat.

Vērpūs, (ψωλὸς) decorticatus, pellem non habens. Quo nomine etiam dictus eſt digitus medius, à uerrendo podice. Et Iudæi dicti ſunt Verpi, quòd auerſam ab alijs naturam habere uideantur. Iuuen. Eadem niſi ſacra colenti, Quæſitum ad fontem ſolos deducere uerpos. Vel quod patientes ſanguinis fluxum, hoc digito uerrendo podicem utuntur. Et uerpa, (ψωλὴ) membrum uirile. Martial. Non niſi per ſomnum nunc arrigis, & tibi Mæui Incipit in medios meiere uerpa pedes. Dicta uerpa, ab inuerſa pellicula.

Vērrēs, porcus non caſtratus, (χοῖρος) dicitur. Varro de re Ruſtica, lib. 2. cap. 4. Caſtrantur uerres commodiſsimè anniculi. Hinc uerrinus, adiect. quod eſt uerris. Plin. lib. 28. cap. 9. Adipe uerrino confici.

Vērretrūm, (αἰδοῖον) membrum uirile, à uerrendo dictum. uide Veretrum.

Vērrĭcūlūm, (σαγήνη) rete piſcatorium, quòd trahendo è uado educitur. Verricula ueteres pro articulo uſurpabant. Euerriculum, idem: quod ſuo quære loco.

Vērrĭcūlātūs, adiect. ad uerriculi formam factum. Colum. libro 2. cap. 21. Sunt autem metendi genera complura, multi falcibus uerriculatis, atque ijs uel roſtratis, uel denticulatis medium culmum ſecant. Niſi quis malit legere uerticulatis, aut potius uermiculatis.

Verro. ris. ri. ſum. (σαγηνεύω) ſignificat traho, à rete, quod uerriculum dicitur. Verg. Hinc uerſa puluis inſcribitur haſta. Idem, Quippe ferant rapidi ſecum, uerrantq́ per auras. Aliquando uerto. Idem, Annixi torquent ſpumas, & cærula uerrunt Aequora. Aliquãdo mundo, (σαίρω, καλλύνω) quòd trahendo ſordes mundentur. Iuuenal. Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas. Huius compoſita ſunt, Conuerro, (συγκαλλύνω.) Colum. lib. 7. Diligens paſtor quotidie ſtabulum conuerrit, nec patitur ſtercus, aut humorem conſiſtere. Cato, Villam conuerſe mundeq́ habeat. Deuerro, deorſum uerro. Euerro, extrà uerro.

Vērrūcă, pen. prod. locus in monte editior & aſper. Cato, Cenſeo, inquit, ſi rem ſeruare uis, faciundũ, ut quadringentos aliquos milites ad uerrucam illam ire iubeas, eam uti occupent, imperes. Hinc caruncula eminens in corpore ſine pruritu, (ἀκροχορδὼν) et uulgò porrus dicitur, uerruca uocatur. Plin. li. 20. cap. 12. Ocymum mixto atramento ſutorio, uerrucas tollit. Serenus, Interdum exiſtit turpi uerruca papilla, Hinc quondam Fabio uerum cognomen adhæſit, Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rem. Verrucas & maculas linearum, pro tuberculis quibuſdam, qui in lapillis ceu eorum uitia quædam conſpiciuntur, dixit Plin. lib. 37. cap. 12. Huius diminutiuum eſt uerrucula. Colum. lib. 7. cap. 6. Caper cui ſub maxillis binæ uerruculæ collo dependent, optimus habetur.

Vērrūcārĭă, herba quæ uerrucas tollit. Plinius libro 22. capite 21. Verrucas cum ſale tollit ſuccus è folio. Vnde noſtri uerrucariam herbam appellauere. Alio nomine ἡλιοτρόπιον uocatur.

Vērrūcōsūs, (ἀκροχορδόνων ἀνάπλεως) homo uerrucis plenus, & uarias eminentes partes habens. Verrucoſa loca, inæqualia, & diuerſas partes eminentes habentia.

Vērrūncŏ. as. uerto, inquit Feſtus. Cicero 1. de Diuinat. Per propinqua hæc bene uerruncent populo. * Vide Auerruncare.

Vērsātĭlĭă, (δινωτὰ) etiam pro tornatilibus accipitur, uel pro canalibus, ſicut ſunt columnæ tortiles, uel pro duabus implicatis uirgulis in modum reſtis, ut Auguſt. ſuper Exodum.

Vērsātĭlĭs. & hoc le. (περίακτος, κυκλοφορητικὸς, πολύτροπος, εὐκίνητος) penultima correpta, quod huc & illuc uerſatur, ſiue quod idoneum eſt, ut uerſetur. Vt gladius uerſatilis, axis uerſatilis. Plin. lib. 36. cap. 18. Idem molas uerſatiles Volſinæ inuentas, &c. Liuius de Catone, Huic uerſatile ingenium ad omnia fuit. Verg. 10. Æn: Verſicoloribus armis

Vērsĭcŏlŏr, (ποικιλόχροος) pen. cor. & generis omnis, apud Iureconſultos dicitur id quod uertit, & mutat colorem. Vnde ueſtes, quæ ex lana nõ tincta, id eſt natiuo colore ſunt factæ, coloriæ dicuntur, quia naturalem colorem habent, ſiue album, ſiue pullum, ſiue rufum. quæ uero in alium colorem uerſæ ſunt, uerſicoloriæ. Propriè tamen à Plinio uerſicoloriæ, ſeu uerſicolores dicũtur, quæ uarijs coloribus conſtant, quaſi eos mutare inuicẽ uideãtur, ut eſt cauda pauonis & collũ columbæ, & aqua maris. Liuius ſcribit, Punico bello interdictum fuiſſe mulieribus, ne uerſicolorib. ueſtirentur. id eſt coloris uarietate diſtinctis. Illud uero Vergilij lib. 10. Verſicoloribus armis, exponit Seruius, depictis, propter quod bellicoſus oſtenditur.

Vērsĭpēllĭs, (ἀλλοπρόσαλλος) qui facile uertit pellem, hoc eſt uultum & apparentiam, & quomodolibet faciem mutat. id eſt uerſutus ac diſsimulator, qui modò unum, modò aliud oſtendit. Plaut. in Amph. propriè dixit, Verſipellem ſe facit quando libet. Sunt qui dicunt uulgò infixam opinionem eſſe, homines in lupos uerti, rurſusq́ reſtitui ſibi, hinc uerſipelles dictos. uide Plin. li. 8. ca. 22.

Vērſo. as. frequentat. à uerto. κυκλῶ, κυκλοφορῶ, περιάγω, στρέφω. Hora. Vos exemplaria Græca Nocturna uerſate manu, uerſate diurna. Verſare aliquem, eſt illum deludere. Plaut. in Perſa, Quomodo hodie me uerſauiſti? Et eſt actiuum, à quo fit uerſor deponens, unde controuerſor. Eſt autem uerſari, conſiſtere, ſiue in aliqua re aſsiduum eſſe, (κυλινδοῦμαι, ἀλινδοῦμαι, διατρίβω, διαγίνομαι.) Cic. In quibus propter inſanas ſubſtructiones facile mille hominum uerſabatur. Ver

ſari in ſuo munere, eſt ſuo munere fungi. Cicero de Fat. Non enim credo nullo præcepto aut cæteros artifices uerſari in ſuo munere. Conuerſor & diuerſor, eiuſdem cum ſimplici ſignificantiæ. Auguſt. Sentiunt ſe eſſe peregrinos, ſic diuerſantur in opulentia diuitiarum ſuarum, quomodo uiator in ſtabulo tranſiturus, non poſſeſſurus.

Vērsōrĭă, (στροφεῖον) apud Plaut. uidetur eſſe inſtrumentum nauticum, ex quo ſoluturi cognoſcebant, unde flarent uenti, & an mare admitteret, cuiuſmodi ferè apud nos magnetis uſus, in eo uaſe quod pixidicula uocatur. Plaut. in Trin. Cape uerſoriam, recipe te ad herum. Alij uolunt uerſorius adiectiuum eſſe, & uerſoriam capere, idem eſſe quod reuerti, ſubintelligendo uiam.

Vērsūră, (στροφὴ) à uerto.is. dicitur, cum aliquid uertitur, hoc eſt conuerſio. Varro libro 1. de re Ruſtica, cap. 46. Notant aliqui ex quibuſdam folijs, propter eorum uerſuram, quod ſit anni tempus, dici poſsit, ut olea, & populus alba, & ſalix. horum enim folia cum conuerterunt ſe, ſolſtitium dicitur fuiſſe. Item uerſura, dicitur locus, ad quem cum quis peruenerit, reuertitur: ut cum boues in arando poſt peractum legitimum ſulcum circumaguntur, uertunturq́;. Colum. lib. 2. capite 2. Sulcum autem ducere longiorem, quàm pedum centum uiginti, contrarium pecori eſt, cum uentum erit ad uerſuram, in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, ut colla eorum refrigeſcant. Item uerſura, quam Græci καμπὴν uocant, flexus ipſe angulorum in ædificijs, & parietibus exterior, ut eſt apud Vitruuium. propter quod & crura ipſa Veget. in iumentis gambas uocat, quaſi campas. Verſuram facere, (χρεωλαμβανεῖν) antiqui dicebant, ait Feſtus, mutuò pecuniam ſumere, quòd initio qui mutuabantur ab alijs, non ut domum ferrent, ſed ut alijs ſoluerent, id faciebant, & uelut uertere creditorem uidebantur, (ἐπὶ μείζονι τόκῳ δανείζειν.) Et uerſura, eſt creditoris mutatio, (μεταγραφὴ τοῦ δανείου.) Donatus, Verſuram facere, eſt æs alienum ex ære alieno ſoluere. Hoc fit quando æs alienum nobis conflatum fuerit, nec nobis tantum pecuniarum ſit, ut id diſſoluere liceat, ubi autem diſſoluendi tempus aduenerit, mutamus creditorem, ab altero ſcilicet uſurariũ æs accipientes, quod alteri reddamus. Seneca, Ab Epicuro uerſura facienda. quo ſignificat mutationem ſententiæ faciendam eſſe ab Epicuro. Cicero pro Cæl. Nulli ſumptus, nulla iactura, nulla uerſura.

Vērsŭs. ſa. ſum. participium, (μετατραπείς) ut, riſus uerſus eſt in luctum. Cicero pro Roſcio Amer. Videte nunc, quàm uerſa & mutata in peiorem partem ſint omnia. Ponitur aliquando pro propenſo. Liuius, Totus in Perſea uerſus pater, cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. hoc eſt, pater beneuolum animum in Perſea prorſus cõuerterat. Et ſicuti dicimus ſuſpenſus animi, erectus animi, mutatus animi, ita & uerſus animi, tuncq́; nomen eſt. Tacitus, Qui uerſus animi modò numen paueſcere, modò minis aduerſantis populi terreri, &c.

Vērsŭs. us. (ἔπος, στίχος) carmen dicitur, quod dum fit, uerba ipſa uariè huc atq; illuc uertantur. Cicero pro Archia poëta, Nam ſi quis minorem fructũ gloriæ putat ex Græcis uerſibus percipi, quàm ex Latinis, uehementer errat, &c. Hinc uerſiculus diminutiuũ, pro carmine aut linea, quam uocant. Verſus in agricultura quid notet, explanat Varro libro 1. de re Ruſtica, cap. 10. his uerbis, In Hiſpania ulteriore metiuntur iugis, in Campania uerſib. apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum uocant, quod iuncti boues uno die exarare poſſunt. Verſum dicunt, centum pedes quoquouerſum quadratum. Iugerum, quod quadratum duos actus habet. Interdũ uerſus ſignificat ordinem, ſeu tractum. Verg. Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos. Idem 5. Aeneid. Triplici pubes quam Dardana uerſu Impellunt. id eſt triplici ordine. Interdum cantum. Plin. Cantum imitantur luſciniæ iuniores, uerſumq́; quem imitentur, accipiunt. Hinc uerſifico. as. uerſus facio. Quint. lib. 9. ca. 4. Nam et uerſificandi genus eſt, omnibus ſermonibus unam legem dare. Et uerſificatio, ipſe uerſificandi actus. Ibidem ca. 2. Abuſiuè in uerſificationis ac ſermonum imitatione ſeruatur. Et uerſificator. oris. Idem lib. 10. cap. 1. Verſificator, quàm poëta, melior Cornelius Seuerus.

Vērsŭs, (πρὸς) præpoſitio, accuſatiuum requirit, & ferè ſemper poſtponitur. Plaut. Ego portum uerſus pergam, & perquiram, quem ſi non inuenero, domum uerſus reuertar. Dicimus etiam, quoquo uerſus, quaqua uerſus, utroq; uerſus, id eſt in unamquamq; partem: & quocunq;, per quãcunq; partem, in utramq; partem. Habet quandoq; adiunctam aliquam præpoſitionem, ut ad occidentem uerſus, ad caſtra uerſus, in forum uerſus, & tunc eſt aduerbium. Cic. in Læl. Is primum in forum uerſus inſtituit agere cum populo. Quandoque aduerbium, ut ſurſum uerſus. Cato cap. 156. Poſtea ubi deorſum uerſus ibit, heminam, &c. Dicimus etiam uerſum. unde aduerſum, & aduerſus.

Vērsūtŭs, (πανοῦργος, στροφαῖος) qui uertitur. Plaut. in Epid. Verſutiores quàm rota figularis. Cicero libro 3. de Natura deorum. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens uerſatur. Aliquando tamen uerſutus pro perito ponitur. Plautus: Nec magis uerſutum, nec quo careas ægrius. Propriè tamen uerſuti dicuntur, qui mentem crebrò ad malitiam uertunt. Hinc uerſutia, (ῥᾳδιούργημα, πανουργία) calliditas, et malitia. Hinc quoq; uerſutè, aduerbium, callidè. Cice. de claris Orat. Nihil, ut ita dicam, ſubdolè, nihil uerſutè, quod ille non uiderit, &c. Verſutiloquus, & uerſutiloquax, quĩ uerſutè loquitur.

Vērtăgī, dicuntur canes ſponte in uenationem exeuntes, prædamq́; domum referentes. Martial. Non ſibi, ſed domino uenatur uertagus acer, Ille ego ſum leporẽ qui tibi dente feret.

Vērtebră. bræ. pen. cor. ſiue uertibulum. li. (σπόνδυλοι, στροφεῖς) dicitur ubi ſummæ oſsium partes non æqualiter finiunt, ſed quibuſdam craſsioribus nodis conglobatæ, & ſubſtringuntur facilius neruis, & tutius uertuntur. Plin. lib. 11. cap. 1. Imbricatis flexilium uertebris. Hinc uertebratus, in uertebræ morem tornatus. Plin. lib. 34. cap. 8. Ita uertebrato dente utriuſq; in partibus, &c.

Vērtĕrĕ ſolum, (γλῶ πρὸ γῆς) dicebantur urbe cedentes, ſiue ob decoctam creditoribus pecuniam, ſiue ob exilium. uide in Solum.

Vērtĕx, qui & uortex, (στρόβιλος) à uerto. tis. Propriè uertices, dicuntur contorti uenti, ac rotati, à quibus fit, qui τύφων uocatur, id eſt uibratus. Vortice (ut inquit Apuleius in Coſmo.) torquetur humus arida, & ab imo erigitur ad ſummum. Ventus (authore Seneca libro 5. Natur. quæſt.) aliquo promontorio repercuſſus, atque in ſe uolutatus facit uorticem, qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac ſe ipſa uertigine concitans, uertigo uocatur. Docet Quint. libro 8. cap. 2. Verticem eſſe contortam in ſe aquam, uel quicquid aliud ſimiliter uertitur. Vergil. Ingens à uertice pontus. Cicero lib. 2. Tuſ. per tranſlationem uertices dolorum, (ἴλιγγας) dixit, pro uertigine, rationeq́;, quæ in doloribus circumagit, lancinatq́; præcordia. Inde propter flexum capillorum, pars ſumma capitis diciter uertex, (κορυφὴ) ſiue quia ad occipitium in decliue uertitur. Vnde dicere ſolemus, A uertice uſq; ad calcem, id eſt à principio uſq; ad finem. Apuleius tamen id uerticem appellat, quod tenui cute capillisq; contegitur: qui in dogmate Platonis ſic ſcribit, Deniq; ipſius capitis uerticem ſpecta tenui cute contectum, capillisq; hirſutum aduerſus uim frigoris & caloris. Plin. lib. 11. cap. 37. binos hominum tantum aliquibus uertices dat, cum ait, Vertices bini homini tantum, aliquibus capitis oſſa plana. Ab

huius

huius ſimilitudine, quòd in montibus eminentiſsimũ eſt, uertex appellatur: quoniam quæ ibi naſcuntur, partim in dexteram, partim in ſiniſtram uertantur. Verg. 1. Aeneid. Geminiq; minantur In cœlum ſcopuli, quorum ſub uertice latè Aequora tuta ſilent. Item altiſsimæ partes cœli, quas Græci πόλους uocant, dicuntur uertices, quòd circa hos mundus rotetur. Vergil. Hic uertex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedib. Styx atra uidet, manesq; profundi. Propter quod etiam cardines dicuntur, à ſimilitudine eorum cardinũ, circa quos ualuæ uoluuntur. Apud Vergilium lib. 2. Georgic. pro Aquilone ponitur: Tempeſtas à uertice ſyluis Incubuit. Propriè tamen unde initium eſt, Vortices Antiqui per o literam pronunciabant, primus Aphricanus per e Vertices dixit. Hinc uerticoſus, adiectiuũ. Liuius: Verticoſo amni delatus in hoſtes.

Vĕrtīcŭlŭm, (σφόνδυλος, στρόφιγξ, κόπλοψ) inſtrumentum quod fuſo adhibetur, ut facilius uertatur. Verticulas fœm. gen. inquit Feſtus, cum dixit Lucil. articulos intelligi uoluit. Hinc uerticillum. li. & uerticillus, maſcul. gen. dimin. Plinius lib. 27. cap. 2. In Syria quoq; fœminas inde uerticillos facere, &c. Verticilla, inſecti ſpecies, inquit Budæus. A uerticillus deducitur uerticillatus. Celſus libro 8. Superius autem humeri caput rotundius, quàm cætera oſſa, uerticillatis ſcapularum oſsibus inſeritur. Hoc etiam uertibulatum dici poteſt, quoniam uertibulum, & uertebra pro ſpondylis accipiuntur, & uertebratum.

Vĕrtīgo, (ἴλιγξ) pen. prod. morbus capitis, ex frigidis & lentis humoribus ſurſum ex uentriculo commeantibus oritur ita, ut ſic affecti occaſione parua ſuccidant. Dicta, quoniam ob oculos eorum uorticoſa quædam & rotatilia circũagi uideantur, Græci σκότωμα. uide ſuprà Vertex.

Vĕrtĭgŭs, (ἴλιγξ) pen. cor. motus in orbem factus, qualem Seneca & Saluſt. turbinum motum appellauerunt.

Vĕrtĭŭs, magnarum uirium dicitur. Pompon. Homo in currendo uertius, qui Atlante contendat.

Vĕrto, tis. ti. ſum. (τρέπω, ἀλλάττω, δινέω) ſignificat uoluo, & à uere dici putatur, quoniam uere annus incipit uerti. Ver. 8. Aeneid. Gorgona deſecto uertentem lumina collo. Interdum transfero, cum quippiam de una in aliam linguã transferimus. Cic. 1. de Finibus. Quanquam ſi planè ſic uerterem Platonem, aut Ariſtotelem, ut uerterunt noſtri poëtæ fabulas, &c. Aliquando uertere, eſt conuertere, redigere, applicare. Plin. lib. 15. cap. 5. Vſum olei ad luxuriam uertere Græci. Ponitur aliquando pro conſidero, uoluo, agito. Liu. 8. Bel. Pun. In ciuitate tãto diſcrimine belli ſollicita cum omnium ſecundorum, aduerſorũq; cauſas uerterent, multa prodigia nunciabantur. Vertere ex Græcis, eſt transferre. Item aliquando neutraliter, & abſolute. Liu. lib. 3. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus uertere in plebem cœpit. id eſt uerti. Idem lib. 5. de Camillo aduerſus Gallos reuocato: Iam uerterat fortuna, iam Deorum opes, &c. id eſt, uerſa erat fortuna. Huius cõpoſita ſunt, Aduerto, animaduerto, auerto, conuerto, circumuerto, diuerto, euerto, inuerto, interuerto, obuerto, peruerto, præuerto, reuerto, ſubuerto, (καθαιρῶ) & tranſuerto.

Vĕrtūnŭs pro anno, uide in proprijs.

Vĕrū, (ὀβελὸς) in ſingulari eſt indeclinabile, in plurali habet omnes caſus, ſignificatq; inſtrumentum ferreum cum cuſpide, quo carnes ad ignem torrere ſolemus. Vergil. Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis. A uerſando deductũ nomen, ut inquit Varro, nam ad ignem iugiter uerſatur. Hinc telum ad eius ſimilitudinẽ factum, ueru dicitur. Vergil. Et tereti pugnant mucrone, uerúq; Sabello. Vnde uerutα pila dicuntur, quæ uerua habent præfixa. Hinc Luc. lib. 8. Cæſaries compreſſa manu, Phariöq; ueruto. Et Veruti, populi Volſci dicti ſunt, quòd dolonib. in prælio uterentur. Verg. libro 2. Georg. Aſſuetumq; malo Ligurem, Volſcosq; Verutos.

Vĕruāctŭm, (νέαρος, νεὸς, νέωμα) terra quæ requieuit, & uere proſciſſa: quia uere actum aruum, id eſt uerſum eſt. Plinius lib. 18. cap. 19. Quidam utiq; ab æquinoctio uerno proſcindi uolunt, quodq; uere ſemel aratum eſt, à temporis argumento ueruactum uocatur.

Vĕrūcŭlŭm, (ὀβελίσκος) dimin. paruum ueru, inſtrumentum quo fabri utuntur, è ferro. Plin. li. 33. cap. 6. Spuma ex argento ſublata ueruculis ferreis, atq; in ipſa flamma conuoluitur ueruculo, ut ſit modici ponderis.

Vĕruēcĕŭs. a. um. quod eſt ad ſimilitudinem uerue cis factum. ut ſtatua uerueceα, apud Plaut. in Capt.

Vĕruēx. ēcis. ab inuerſis teſticulis dicitur. eſt enim mas inter oues, cui inuerſi, ſiue adempti ſunt teſticuli. Nam qui ad generandam ſobolem integer tenetur, aries dicitur. Sectarius ueruex, qui gregem agnorũ præcedens ducit. Inde fit Vĕruēcīnŭs. na. num. pen. prod. quod ex uerue ce eſt. Plin. Et hircinus, & uerue cinus adeps ei utilis eſt.

Vĕruīnă, (ἀκόντιον) genus iaculi longi, quod aliqui uerutum uocant.

Vērŭs, adiect. (ἀληθινὸς) quod eſt ſolidum, ſyncèrum, non falſum, quòd uerno tempore, Sole arietem ingreſſo, omnia uere naſcuntur, partusq; ad maturitatem perueniant, cum alijs temporibus nata ſæpe deficiant. Quidam hoc nomen à ue particula, quæ uehementiam ſignificat, et res, deducunt: quaſi non uerborũ inanis ſonitus, ſed ſolida res. Teren. in Andr. Actum eſt, ſiquidem hæc uera prædicat. Aliquando uerũ dicitur bonum, æquum, iuſtum, par & utile. Horatius lib. 1. Epiſt. Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede, uerum eſt. Cice. lib. 3. Tuſc. Si maxime uerum ſit, ad corpus omnia referre ſapientem. Aliquando ſumitur pro ueridico, ſicut econtrario falſum pro fallace. Terentius in Andr. Sum uerus. Verus color, id eſt natiuus, non adulteratus. Terent. in Eunu. Color uerus, corpus ſolidũ. Verus labor, dicitur quem quis per ſeipſum ſuſcipit, non qui ex aliorum uirtute imperatoribus adſcribi conſueuit. Verg. 12. Aeneid. Diſce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem, Fortunam ex alijs. Hinc ueritas. atis. uera ratio, uera res. Plin. lib. 14. cap. 22. Vulgo ueritas iam attributa uino eſt. Et uerimonia. niæ. idem, ſed antiquum. Plautus in Trucul. Iſthunc ad amicã uerius uerimonia referre. Quando uero coniunctio eſt, ponitur pro ſed, (γε μὴν, ἀλλὰ ὅμως, πλὴν ἀλλά.) Cicero pro Mur. Ea ſunt omnia non à natura, uerum à magiſtro. Et ſæpe iungitur cum tamen, ut uerumtamen, & idem quod tamen ſignificat. & cum enimuero, ut uerumenimuero, (οὐ μέντοι ἀλλά.) Et cum enim. Terent. in Adelph. Verum enim quando promerui, fiat. id eſt certè.

Vēsānŭs, (παράφρων) penultima producta, uecors, crudelis, furioſus. Cicero pro Domo ſua: Hæc furioſa uis ueſani tribuni plebis. A quo ueſania, uecordia. Et ueſanio. is. inſanio, ſæuio. Catullus: Deprehenſa nauis in mari ueſaniente uento.

Vēſcŏr. ſceris. (σιτοῦμαι) propriè, cibo utor, paſcor. Verg. Veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis. Et ſic conſtrui poteſt cum accuſatiuo. Plin. lib. 10. cap. 38. Aues nonnullæ ueſcuntur & ea, quæ rapuere pedibus. Impropriè pro utor alibi poſuit. Quòd ſi fata uirum ſeruãt, ſi ueſcitur aura Aetherea. Ponitur quandoq; pro uideo. Act. Prius quàm infans eſſes, tui oculi ueſcuntur.

Vēſcŭs. a. um. (προσκορὴς) à ue, & eſca compoſitum eſt, & ſignificat cum edendi faſtidio. Sic Lucilius appellat ueſcum, ut id dicatur, quod in eſca, & cibatu appetitur, & id faſtidioſum eſt. Feſtus etiam ſcribit ueſcum ſignificare faſtidioſum & edacem. Veſcum quoque dicitur, quicquid ad eſcam pertinet, & quicquid edibile eſt, (ἐδώδιμον) ab edendi intentione.

tione. Vnde Lucret.lib.5.appellat Veſcum ſalem,ut ue ha» beat uim augendi,intendendi'ue. Vergilius 4.Georgi. Ve» ſcumq; papauer, quòd uidelicet in cibis adhibeatur. Et ue» ſcas ſalicum frondes, dixit Vergil.3. Georg. quoniam eſcis iumentorum ſunt accommodatæ. Rurſus ueſcum,ponitur pro paruo & minuto. Vnde & apud Marſos lingua uernacula cum dicunt maluam ueſcam, intelligunt de ea quam par» uam dicunt. Ouid. libro 2. Faſt. Nunc uocor ad nomen ue» grandia farra coloni, Quæ malè creuerunt, ueſcaq; parua uocant. Plin.libro 7.cap.20. Corpore ueſcos eſſe,ſed eximijs uiribus. Hinc ueſculi, male curati, & graciles homines nuncupantur. Et aranearum telæ, ueſcæ dicuntur. Seruius, qui frondes ſalicis ueſcas, pro teneris & arentibus expoſuit, iure inceſſitur ab Hermolao, niſi pro gracilibus, & male habitis acceperit. ferè enim quæcũq; macilenta, & malè curata ſunt, hæc tum ſicca eſſe, tum tenera. id eſt iniurijs obnoxia, frangiq; ac pati mollia. Hinc ueſculus, adiect. diminut. malè curatus, & gracilis.

Vēsīcă, uide ueſsica.

Vĕſpă, (σφὴξ) animal paruum uolatile, api ſimile, quòd ueſperi muſcas uenetur in cibum.

Vĕſpĕr, (ἕσπερος) pro ſtella, quæ Venus dicitur, ſeu pro ulti» ma parte diei, generis maſc. Stat.lib.10. Theb. Sed Veſper » opacus Lunares iam ducit equos. Cæſ.2.belli Ciuil. Pollicetur, magiſtrisq; imperat nauium, ut primo ueſpere omnes ſcaphas ad littus appulſas habeant. Sed & apud antiquos fœminini generis inuenitur. Hæc ſtella etiam Veſperugo à Lati» nis, & Veſperus, ſeu Heſperus à Græcis dicitur. Verg. Ite » domum ſaturæ, uenit Heſperus, ite capellæ. Eſt autem Veſper æmulus Solis, & Lunæ. Sed cum Solem præcedit, dicitur Lucifer, ut alter Sol, & ante ortum Solis apparet in Oriente: & in occaſu Solis refulgens, ueſper appellatur, quaſi uicem Lunæ reddens, uideturq; in Occaſu ſtatim poſtquam Sol occidit. item Iubar à Pacuuio appellatur. Sed & hic ueſper, ut ſuprà patuit, & hæc ueſpera ab authorib. uſurpatur, pro ſero diei, quo ea ſtella apparet, ſeu apparere ſolet. Plau. Cu. Si media nox eſt, ſiue eſt prima ueſpera. Hinc fit aduer. ueſperi, (τῆς ἑσπέρας) quod ſignificat principio aduentus noctis. Cic. ad Martium lib.11. Epiſt. Nam cum in Tuſc. ueſperi ueniſſem. Idem ad Att.lib.11. Cephalio mihi ad te literas reddidit ad octauum Idus Martij ueſpere. nam & Veſperè aduerbialiter ponitur. id tempus Græci ἑσπέραν uocant. Inuenitur etiam ueſper. pera. perum. Vnde cum ueſperum dicimus neutro genere, intelligimus tempus. Plin. libro 18. His horæ rigandi matutina, atq; ueſpera. Idem: Matutinũ tempus atq; ueſperum.

Vĕſpĕrārĕ, eſt ueſperam fieri. ἑσπερίζειν. Gellius lib.17.cap.8. Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis cœna plerunque ad id diei, ubi iam ueſperauerat. id enim eſt tempus iſtic cœnandi.

Vĕſpĕrāſcit, (ἑσπερίζει) ſerum diei fit, in tertijs tantum perſonis. Terentius in Heaut. Et ueſperaſcit, & non nouerunt uiam. Hinc adueſperaſcit, & inueſperaſcit. Terentius, Cur uxor non accerſitur? iam adueſperaſcit. Liuius lib.39. Iam inueſperaſcebat.

Vĕſpĕrnă, cœna apud ueteres dicebatur. nam (ut Feſtus inquit) cœna uocabatur, quod non eſt prandium, ueſperna, quam nunc cœnam appellamus. quòd conuiuium non niſi ad uentante nocte inibant priſci.

Vĕſpĕrtīlĭo, (νυκτερὶς) incertæ naturæ eſt. Volat enim pinnatis alis, ſed inter uolantia non eſt habendus, quòd quatuor pedibus graditur, formatq; pullos, parit & nutrit lacte, quos generat. Dictus ueſpertilio, quòd ueſpere ſe uolatum proferat. Varro: Factus ſum ueſpertilio, neque in muribus planè, neq; in uolucribus ſum. uide Plin.lib.10.cap.61.

Vĕſpĕrtīnŭs, a, um. quod fit ueſperi. ἑσπερινός. Vnde orationẽ ueſpertinam dicimus. Cicero 2. de Natura deorum. Tum ueſpertinis temporibus deliteſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo. Veſpertinæ literæ, dicuntur quæ ueſpero tempore ſcriptæ, aut redditæ ſunt. Cicero ad Atticum libro 13. Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nũc reſpondebo ueſpertinis.

Vĕſpĭcēs, fruteta denſa, dicta à ſimilitudine ueſtis. Feſtus. * Quãta ſit penultima neſcio, cum an rectus in ex uel in ix deſinat, incertum ſit: malim tamen corripere.

Vĕſpīllo, (νεκροφόρος) uilis cadauerũ funerator, quòd ueſpertino tempore mortuos efferre ſoleret, qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. Vnde & funera à funalibus dici autumat Donatus, quia noctu efferebantur ob » ſacrorum celebrationem diurnam. Martial. Qui fuerat me» » dicus, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

Vĕſsīcă, (κύστις) pen. prod. folliculus, in quo urina colligitur, infra aluum à priore parte. Plin.lib.11.cap.37. Veſsica, membrana conſtat, quæ uulnerata, cicatrice non ſolideſcit. Caper tamen uenſica per n proferri cenſet, quòd nõ ſit ſine uen» to. Horat. Et diſploſa ſonat, quantum ueſsica pepedit. Sunt qui uelint unico ſ ſcribi debere.

Vĕſsīcārĭă, herba eſt, ſic dicta, quòd ueſicæ medeatur, & calculis. uide Plin.lib.21.cap.31.

Vĕſsīcŭlă, læ. diminut. in herbis etiam dicitur. Cice.2. de Diuin. Et pulegium aridum floreſcere brumali ipſo die, & inflatas rumpi ueſsiculas, & ſemina malorum, &c.

Vĕſtĭārĭŭm, (ἱματιοθήκη, ἱματιοφυλάκιον) locus in quo ueſtes uel ſeruantur, uel uenduntur. Aliquando ueſtiarij nomine ueſtitus, (ἱματισμὸς, στολισμὸς) intelligitur. Columella libro 1. capite 8. Tantoq; curioſior inquiſitio patrisfamiliãs debet eſſe pro tali genere ſeruorum, ne aut in ueſtiarijs, aut in cæteris præbitis, iniurioſe tractentur. Vide in dictione Calcearium.

Vĕſtĭārĭŭs, qui ueſtiario præeſt, aut ueſtes uendit. ἱματιοπώλης. Aliquando adiect. eſt: ut, ueſtiaria arca, apud Cat. cap.11. in qua ueſtes reponuntur, & conſeruantur.

Vĕſtĭbŭlŭm, (πυλὼν, προπύλαιον) à ue particula, quæ ſicutẽ quædam alia, tum intentionem ſignificat, tum minutionem, deducitur. Eſt enim locus ante ianuam domus uacuus, per quem à uia ad ædes itur. Plautus in Moſtel. Viden' ueſtibulum ante ædeis hoc, & ambulacrum cuiuſmodi ſit? Nam quĩ domos amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam relinquebant, qui inter fores domus, & uiam medius eſſet. in eo loco, qui dominum eius domus ſalutatum uenerant, priuſquam admitterentur, conſiſtebant. À qua conſtitutione, & quaſi conſtabulatione, ueſtibula appellata ſunt ſpacia, in quĩbus multum ſtaretur ab aduenientibus prius, quàm intromitterentur in domum. Alij ueſtibulum à ue priuatiua deduci uolunt, referentes non ad eos, qui adueniunt, ſed ad eos qui in domo commanent: quoniam illic nunquam conſiſtant, ſed ſolum tranſitus cauſa ad hunc locum ueniunt exeundo, ſeu redeundo: ut ſi ueſtibulum, non ſtabulum: ſicut ueſanus, non ſanus. Poteſt etiam dici ueſtibulum, prima pars ianuæ, quod ianuam ueſtiat: uel (ut Ouidius ait) à Veſta, quòd ea potiſsimum pars in ædificio ſit Veſtæ conſecrata: ſicut culina, dijs penatibus: & maceries, quæ ambit domum, Herceo Ioui. ſingula enim domus ſacrata ſunt dijs. Quoniã igitur Veſtæ ueſtibulum conſecratum eſt, puellæ cum nubunt, non tangunt pede ueſtibulum, ne numini dicatum locum calcantes, ſacrilegium committant. Lucan. Trans lataq; uetat contingere limina planta. Nam in primis ingreſsibus, & in ſpacijs domorũ, Veſtæ, hoc eſt aræ, & foci ſolebãt » haberi. Ouid.lib.6. Faſt. Hinc quoq; ueſtibulum dici reor, » unde precamur, Quam famur Veſtam, quæ loca prima tenet. Vide Gell.lib.16.cap.5.

Vĕſtĭcĕps, (ἡβῶν) puer, qui iam ueſtitus eſt pubertate, qui

barbam

barbam emiſit. Gellius lib. 5. ca. 19. Sed arrogari non poteſt, niſi iam ueſticeps.

Vĕſtīgĭŭm, (ἴχνος) pedis impreſſio, id eſt ſignum quod à pede »relinquitur. Verg. lib. 4. Georg. Et gradiens ima uertit ue»ſtigia cauda. Ponitur quandoq; pro ima parte pedis. Idem libro 5. Veſtigia primi Alba pedis frontemq́; oſtentans arduus albam. Per translationem ponitur pro quocunq; rei geſtæ indicio, ſeu ſigno. Cic. pro Font. Vnæ tabulæ proferantur, in quibus ueſtigiũ ſit aliquod, quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. Plin. lib. 33. cap. 1. Ita 448. à condita urbe geſtum eſt, & primum annulorum ueſtigium extat.

Vĕſtīgo. as. pen. prod. quæro, quaſi ueſtigia indago. ἰχνεύω, μετέρχομαι. à ueſtigijs, tanquam indicijs dictum. Cic. li. 3. de Ora. Ipſa tractatio, & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione ueſtiges. Huius compoſita ſunt, Inueſtigo, & perueſtigo, quæ ſignificant quærendo inuenio. Hinc ueſtigator, uerbale. id eſt uenator, à ueſtigijs ferarum dictus, ut author eſt Varro de Lingua Latina.

Vĕſtĭo. ſtis. ſtiui. itum, ueſtem induo, à ueſte fit. ἱματίζω. Plautus in Caſ. Vir te ueſtiat, tu uirum deſpolies. Sed transfertur etiam ad alia. Et plerunq; conſtruitur cum ablatiuo. Cicero de Nat. Deorum, ad oculos tranſtulit, cum ait: Primum oculos membranis tenuiſſimis ueſtiuit, & ſepſit, quas primum perlucidas facit. Veſtiuit, id eſt operuit, muniuit, contexit, uelauit. Columella libro 4. ad arbores: Vbi ſe frondibus ueſtierint, teneris caulibus, nec dum adultis modus adhibendus eſt. Columella lib. 3. cap. 1. Veſtire agrum uineis. Et lib. 8. cap. 5. Veſtire gramine ripas. Liuius 2. Belli Maced. Veſtiti montes ſyluis. Cicero 6. Verr. Veſtire parietes tabulis. Huius compoſita ſunt: Conueſtio, circumueſtio, ſuperueſtio, (ἐπιϛέννυμι) Plin. lib. 16. Imagines rerum tenui filo breuiq́; & uiridi ſuperueſtiens.

Vĕſtīmēntŭm, idem quod ueſtis. Vlpianus De auro & argento legato. Veſtimentum id eſt, quod detextum eſt, etſi deſectum non eſt, &c.

Vĕſtĭplĭcă, mulier quæ complicat ueſtes. ἱματιοπλόκος.

Vĕſtĭs, (ἱμάτιον, ἐσθὴς) à uelando, quod corpus uelet: ſeu à uellere, quod eſt uniuerſæ ouis lana. Et eſt generale indumentum, tam uirile quàm muliebre, quo continentur omnia lanea, linea, ſerica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, inſternendi, accubandiq́; cauſa apparata ſunt, et quæ acceſſionis iure cedunt, quæ ſunt inſitæ picturæ, clauiq́;, qui ueſtibus inſuuntur. Ponitur interdũ ueſtis pro barba, (γένειον.) Vnde inueſtes, imberbes appellantur. Lucretius lib. 5. Impubem molli pubeſcere ueſte.

Vĕſtĭſpĭcŭs, & ueſtiſpica, (ἱματιοφύλαξ) pen. cor. ſeruus, ſiue ancilla cuſtodiens ueſtes, quòd frequenti diligentia ueſtes inſpiciant. Plaut. in Trin. Ducitur familia tota, Veſtiſpici, unctor, auri cuſtos. Afran. Noui non inſciam ancillulam ueſpere & ueſtiſpicam.

Vēſtītĭſſĭmŭs. a. um. quod eſt optimè ueſtitum. Columella li. 7. ca. 3. Id pecus, quamuis ex omnibus animalib. ueſtitiſſimũ, frigoris tamen impatientiſſimum eſt.

Vēſtītŭs. tus. ueſtimentum, ſiue ueſtis. Plin. lib. 8. cap. 22. Veſtituq́; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta.

Vĕtĕr, (παλαιὸς) ſenex, adiect. trium generum. Ennius: Cum »ueter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Hinc ueterior, & ueterrimus. Plaut. in Bacch. Senem illum ego tibi dedo ueteriorem, tepidè ut lenitum reddas. Treb. Cic. Pro noſtro ueterrimo, ueriſſimoq́; amore. * uide Vetus.

Vĕtĕrāmēntārĭŭs ſutor, calcearius, qui ueteres calceos reficit. Eaq́; forma dicitur ueteramẽtarius, qua ab armento armentarius, à ferramento ferramentarius. Sueton. de Vitel. Caſſius Seuerus, nec minus alij, eundem & ſutorem ueteramentarium prodiderunt.

Vĕtĕrānĕŭs. a. um. quod eſt uetus. παλαιός. Colum. Si ſint ueteraneæ uineæ, ut ſeparatos ſulcorum cuiuſq; generis per ſingulos hortos inſeremus. * Emenda ex Columella lib. 3. cap. 21. ubi habes ueteranæ uineæ. Sic enim Latinè dicitur, non Veteraneæ.

Vĕtĕrānŭs, (παλαιὸς) quandoq; ueterem ſignificat. Liuius 1. bel. Pun. Pœnum hoſtem ueteranum, trium & uiginti annorum militia duriſſima inter Hiſpanas gentes ſemper uictorem. Vnde ueterana mancipia, quæ à nouitijs diſtinguuntur. Veterana, quæ anno cõtinuo ſeruiuerunt in urbe: Nouiuitia intelliguntur, quæ anno nondũ ſeruiuerunt, ut ait Martianus de publicanis & uectigalibus. Aliquando legionarium, uel eum qui honeſtè aliquando militauit, & iam eſt à militia abſolutus, (τὸν ἀπολυθέντα τῆς ϛρατείας.)

Vĕtĕrātŏr, (παλίμπρατος, παλίμβολος, πανοῦργος) authore Donato, eſt homo aſtutia uetus, & in omni re callidus, à multarum rerum gerendarum uetuſtate. Veterator (inquit Budæus) eſt, qui diuturna ac multiplici, & ſæpe commutata ſeruitute aſtutus & uafer euaſit. Et, ut idem ait, in omni arte, & inſtituto dicitur ueterator, qui ea aſtutia, ac ſolertia ſubdola utitur, quam lingua Gallica ruzã uocant. Eſt autem nomen uerbale, quod à uetero, & à ueteraſco uenire poſſe uidetur, ut cum in paſſiua ſignificatione poſitum eſt, à ueteraſco pro ueteranus accipiatur, quaſi ſenex factus. ut Vlpianus, Præcipiunt ædiles, ne ueterator pro nouitio ueneat. Veterator uero à uetero, idem eſt quod deceptor, quaſi uulpes, quamuis pro ueteratore in aſtutia etiam ſumi poſſit. ut eſt illud Terentij in Andria, Quid hic uult ueterator ſibi? Hinc ueteratorius, adiectiuum, quod eſt ſubdolum & impoſtorium. Cic. 3. Verrin. Nihil ab iſto tectum, nihil ueteratorium expectaueritis: omnia aperta, omnia perſpicua reperientur. Et ueteratoriè, aduerbium, callidè, malitioſè. Cice. in Orat. Ille enim ſummiſſus, quòd acutè, & ueteratoriè dicit.

Vĕtĕrātrīx, (πανοῦργος) fœmina in aſtutijs & fraudibus exercitatiſſima.

Vĕtĕrīnŭs, adiect. ut ueterina animalia, dicũtur ad uecturam idonea, quæ aliquid uehere poſſunt, quaſi uenterina, quòd ad uentrem onus religatum gerant. Plin. Vngulæ ueterino tantum generi renaſcuntur.

Vĕtĕrīnārĭŭs, (κτηνίατρος) qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit, qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Vnde equos, mulos, aſinos meritorios uocamus. Colum. lib. 11. cap. 1. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœniſector, nec minus arborator, & uinitor, tum etiam ueterinarius, & probus paſtor. Et ueterinarij, medici ſunt ueterinorum, hos nunc uulgus mareſcalcos appellat. Colum. lib. 6. cap. 8. Solent etiam faſtidia cibo afferre uitioſa incrementa linguæ, quas ranas ueterinarij uocant.

Vĕtĕrīnārĭŭs. ria. rium. (κτηνιατρικὸς) quod ad ueterinarium pertinet. Col. lib. 7. cap. 3. Quare ueterinariæ medicinæ prudens eſſe debet pecoris magiſter.

Vĕtērnŭs, (τὸ νωθρὸν, νωθρότης) morbus ex nimio ocio perpetuum ſomnum inducens. Plau. in Menæh. Num eum ueternus, aut aqua intercus tenet? Hunc Auicenna & medici recentiores, ſubetum, ſiue ſubetium, Græci λήθαργον nominant. Et quia hic morbus pigros homines facit, & ad negocia inutiles, quemadmodum ſenectus, ideo ueternus quandoq; pro pi»gritia ponitur. Verg. lib. 1. Georg. Nec torpere graui paſſus »ſua regna ueterno. Quandoq; pro nimia dormitione. Plin. lib. 8. cap. 36. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno urſi premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant, tunc mirum in modum ueterno pingueſcunt. Hinc ueternoſus, qui graui premitur ſomno, (ἐννωθρος, ληθαργικὸς) inquit Feſtus. Cato uero ueternoſum appellat hydropicum, cum inquit, Veternoſus quàm plurimum bibit, tam plurimum ſitit. Terentius in Eunucho, appellat eunuchum ueternoſum,

ſum, quia ſegnis eſt, quaſi ueternum patiatur.

Vĕtĕro.as. uetus fio. παλαιόω. à quo ueteraſco. Et compoſitum eſt inuetero, à quo inueteraſco. Celſus lib. 3. cap. 12. In his autem febribus, quæ ueterauerunt, utilis fames non eſt.

Vĕto.as. aui. atum, & tui. titum. pen. cor. ſignificat prohibeo: & ne quid fiat, impero. ἀπαγορεύω, κωλύω. Liuius libro 2. Illi uicti ira, uetuere reddi. Ouidius, Nitimur in uetitum ſem»per, cupimusq́ue negata. Perſ. Excepto ſi quid Maſuri rubrica uetauit.

Vĕtŭs, (παλαιὸς, ἀρχαῖος) antiquum, & multorum annorum, menſium, aut dierum ſignificat, ſecundum id, cui adiectum eſt. Plaut. in Tru. Vetus eſt maceria. Quidam dici putãt, quaſi uietus. hoc eſt ſine ui. ætas enim debilitat uires. Alij à ue pro ualde, & ætas. Et plerunque ad laudem. Unde dicimus, Apud ueteres: eos uidelicet authoritatis plenos ſignificantes. Interdum ad uituperationem refertur, pro carioſo & rancido ponitur. Terent. in Andria, Sed qui maleuoli Veteris poëtæ maledictis reſpondeat. Et eſt generis omnis. Cuius diminutiuum eſt uetulus, (γέρων.) Plautus in Epid. Quales uolo uetulos duos. Colum. lib. 10. Brachia iactantes uetulo marcentia uino. Vide Veter.

Vĕtŭſtĕſco, uetus fio. παλαιοῦμαι. Col. lib. 1. cap. 7. Apothecæ recte ſuperponentur his locis: unde plerunque fumus earum exoritur, cum uina celerius uetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcocem maturitatem trahunt. Veteraſco, idem quod uetuſteſco. Col. lib. 2. cap. 15. Aptior tamen eſt ſurculis hominis urina, quam ſex mẽſibus paſſus fueris ueteraſcere, ſi uitibus, aut pomorum arboribus adhibeas. Hinc componitur inueteraſco, quod eſt ualde uetus fio, ſeu ualde in conſuetudinem uenio. Nigidius differentiam ponit inter uetuſteſcere et ueteraſcere, quòd quæ uetuſtate deteriora fiunt, uetuſteſcere dicantur: ueteraſcere, quæ meliora. Sed Columella lib. 6. docet ueteraſcere, ſiue inueteraſcere nõ ſemper in melius dici: Sed ſi iam (inquit) inueterauit morbus, uehementioribus eſt opus remedijs. Sed de inuetero ſuprà habitum eſt.

Vĕtŭſtŭs.a.um. idem quod uetus. ἀρχαῖος. Liu. lib. 1. Poſſe quidem ſe uetuſto iure agere. Hinc uetuſtas, antiquitas. ἀρχαιότης. Plin. lib. 27. ca. 7. Nix uetuſtate rubeſcit. Hinc quoque uetuſtè, aduerb. Idem. lib. 27. ca. 7. Vetuſtiſsimè in uſu eſt. hoc eſt, etiam diutiſsimè conſeruatum in uſu eſt.

Vēxillārĭŭs, qui uexillum defert. (σημειοφόρος.) Liuius libro 8. Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habet.

Vēxillŭm, (σημεῖον) quaſi paruum uelum, & accipitur pro ſigno, quo in exercitu, aut claſſe imperatores utuntur. Cic. tamen in libro de Orat. docet uelum à uexillo factum, ut à paxillo palus, à taxillo talus.

Vēxo.as. agito, moleſto, perturbo, & huc atque illuc diſtraho. πιεζόω, ἀποκναίω, ὠθίζω, πιεζῶ. Tractum ab eo quod eſt ueho, in quo ineſt iam uis quædam alieni arbitrij. Non enim ſui potẽs eſt, qui uehitur. Vexare autem, ui atque motu procul dubio uaſtiore eſt. nam qui huc atque illuc trahitur, hic uexari propriè dicitur, ſicut taxare, preſsius crebriusq́ue tangere: Iactare, multò fuſius largiusq́ue iacere: Quaſſare etiã quàm »quatere, grauius uiolentiusq́ue. Vergil. Candida ſuccinctam »latrantibus inguina monſtris Dulichias uexaſſe rates. Lactant. De Ira: Et iuſti ab iniuſtis impune uexantur. κοπτοῦνται. De hoc uerbo uide Gell. lib. 2. cap. 6. Huius compoſita ſunt, Deuexo, ualde uexo. Diuexo, uariè uexo. Lactan. lib. 7. Et ſi fortè tamen fuerint boni, prædæ ſint ſceleratis, ac diuexentur undique ab iniuſtis.

V ANTE I.

Vĭă, (ὁδὸς) dimidius actus, quòd poteſt ire uehiculum. Via (inquit Paulus Iureconſul.) conſtitui uel latior octo pedibus, uel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculum ire poteſt: alioqui iter ſit, nõ uia. Abuſiuè tranſſumitur pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plin. Cum de uia uocaſſem. Aliquando ſumitur pro ipſo actu eundi. Cic. Cumq́ue de uia languerem, & mihimet diſplicerem. Aliquando pro ratione. Verg. lib. »4. Aen. Inueni germana uiã, gratare ſorori. Aliquando pro conſuetudine. Teren. in Heau. Sed ui, & uia peruulgata patrum quotidie accuſabam. Dicta uia, ab eundo, quaſi ia, quòd per eam eatur. uel à uehendo, quaſi ueha, quòd per eam fructus ad uillam uehãtur: uel per quam uehiculum ire poteſt. A uia fiunt adiectiua, Auius, inuius, obuius, dubius, peruius, præuius, deuius, biuius, triuius, quadriuius: ſemita, quaſi ſemis uia. id eſt anguſtior uia.

Viam facere, (ὁδοποιεῖν) eſt locum, ubi non erat uia, aperire.

Viam munire, (ὁδοποιεῖν) eſt reficere, expurgare. Interdum lapidibus ſternere, quod propriè ſternere uiam dicimus. Cic. Perinde quaſi Appius ille cæcus uiam munierit, non qua populus uteretur, ſed qua poſteri ſui latrocinarentur? Hoc etiam uerbo per translationẽ utimur de corporeis ad incorporea. Quintilian. Propterea quòd plurimi authores quamuis eodem tenderent, diuerſas tamen uias munierunt, & in ſuam quiſq́ue induxit ſequentes.

Viātĭcŏr. aris. uiaticũ paro, & ſumo. ἐφοδιάζομαι, ἐπισιτίζομαι. Plaut. in Menæch. Viaticati hercle admodum æſtiuè ſumus.

Viātĭcŭm, (ἐφόδιον) dicitur quicquid iter agendi cauſa neceſſariũ eſt, ſiue cibus ſit, ſiue pecunia ad uictum expendenda. Græcè ἐφόδιον dicitur. Plaut. in Capt. Sequere me, uiaticum ut dem trapezita tibi. Aliquando capitur pro facultate, ſeu apparatu. Q. Claud. in Annal. Simul forma, factis, eloquentia dignitate, acrimonia, confidentia pariter præcellebant, ut facilè intelligeretur magnum uiaticum. id eſt magna facultas, magnus apparatus. Viatica cœna dicitur, quæ datur uiatori. Plautus in Bac. Ego ſorori meæ cœnam Hodie dare uolo uiaticam. Huius diminut. eſt uiaticulum. Apul. lib. 7. de Aſi. aureo: Viaticulum mihi corraſi.

Viātŏr, (ὁδίτης) qui uiat. hoc eſt, iter facit. Mart. lib. 2. Laſſus tam citò deficit uiator. Viatores, (κλήτορες) dicebãtur, qui magiſtratibus parebant, eo quòd plerunque euocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad urbem uia erat. Colu. in præfat. Illis temporibus proceres in agris morabantur, & cum conſilium publicum deſiderabatur, à uillis arceſſebantur in ſenatum: ex quo qui eos arceſſebant, uiatores nominati ſunt.

Viātōrĭŭs.a.um. quod ad uiam pertinet. ὁδοιπορικός. Unde uiatorium uas, quo iter agentes ferendi potus gratia utuntur. Plin. li. 16. ca. 10. Vaſa uiatoria ex taxo uinis in Gallia facta mortifera fuiſſe compertum eſt.

Vībēx. bicis. (μώλωψ) pen. pro. ſignũ uerberis in humano corpore remanens, quòd ui fiat. Plin. li. 30. Verberum uulnera, atque uibices, pellibus ouium recentibus impoſitis, obliteran»tur. Perſ. Saty. 4. Si puteal multa cautus uibice flagellas.

Vibrīſſæ, ſeu Vibriſsi, ſunt pili in naribus hominum, quòd his euulſis, caput uibretur. Feſtus.

Vībrīſſārĕ, (μινυρίζω) eſt uocem in cantando criſpare: à uibro, uel à uibriſsis.

Vibro. bras. moueo, & quaſi ui agito. κραδαίνομαι, πάλλω. Ver»gi. Sibila lambebãt linguis uibrantibus ora. Vibro aliquando neutraliter ponitur, pro mico, intremiſco, contremeſio, ut ait Budæus. Cic. 4. Acad. Quodq́ue nunc quia à ſole collucet, albeſcit, & uibrat. de mari loquitur. Per translationem uibrare, ſignificat uocẽ in cantando criſpare. Hinc uibratus pro criſpo. Plin. lib. 2. ca. 78. Barba, & capillo uibrato. Ver»gilius 12. Aen. Vibratos calido ferro, myrrhaq́ue madentes. id eſt criſpatos calamiſtro, inquit Ser.

Vībūrnŭm, genus fruticis. Verg. Quantum lenta ſolent inter »uiburna cupreſsi. Gallicè uiorne.

Vicāni, pen. prod. (κωμῆται) dicuntur, qui uicos ruſticos habitant.

tant. Liu. 8. bel. Mace. Vicani, quiq; ibi exules habitabant.

Vicăriă mors, quæ pro altero ſubitur.

Vicăriă manus, apud Quint. quæ in pugna pro altero datur.

Vicăriŭs. ria. rium. quod uicē alicuius gerit, ſiue obtinet, & in eius locum ſucceſſit. Quint. Vicariam ei operam impendi. Cic. Vicaria ſolutio rerum creditarū. id eſt uicem reddens.

Vicăriŭs, uulgò dicitur, qui loco alterius ſubſtituitur.

Vicăriŭs, apud Iureconſultos, Oratores, & poëtas uſurpatur pro ſeruo ſerui maioris in familia. id eſt ſeruus, qui ſeruit ſeruo maiori. Hora. in Serm. Siue uicarius eſt, qui ſeruo paret, uti mos, Veſter, ait, ſeu conſeruus. Mart. Eſſe ſat eſt, ſeruum, iam nolo uicarius eſſe. Dicimus Latinè dare uicarium, & aliquem ſuccedere uicarium alicui. Cic. 6. Verr. Succedam ego uicarius tuo muneri.

Vicātĭm, (κατὰ κώμας) aduerbiū, ſignificat per uarios uicos. Plin. lib. 6. cap. 26. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit uicatim diſperſa, præter Babylona, & Ninum.

Vicĕm, & in ablatiuo uice, ſolum in ſingulari numero, in plurali uerò habet omnes caſus. Dictæ ſunt uices (ut quidam aiunt) à ui, quòd ueteres pro pugnis uſurpabant, quoniam per uiciſſitudinem pugnetur. Vergilius, Nec ullas uitauiſſe uices Danaûm. id eſt pugnas, & pericula. Plautus: Vices eius memorat, & cicatrices denudat. Item pro pœnis & incommodis, quod ui fiant. Horat. lib. 1. Car. Vicesq; ſuperbæ Te maneant ipſum. Plin. li. 10. ca. 29. Audit diſcipula intentione magna, & reddit, uicibusq; reticent. Quoniā uerò per uiciſſitudinem pugnari ſolet, factū eſt, ut uices pro alternatione, ſiue uiciſſitudine capiamus. Dolere uicem noſtram, eſt propter incōmoda priuata dolere. Quandoq; pro loco, (ἐν τάξει ἐπέχειν χώραν, μοῖραν, τάξιν, χρείαν παρέχειν, χρείαν ἀποπληροῦν, ἀντί τινος εἶν.) Horat. Fungar uice cotis, acutum Reddere quæ ferrū ualet exors ipſa ſecandi. Vbi dicimus uice mea, uice tua, & eiuſmodi per ablatiuum. Plautus ferè ſemper accuſatiuum poſuit, uicem meam, tuam, &c. in Rud. Si appellabit quampiam, Vos reſpondetote iſtinc iſtarum uicem. id eſt uice iſtarum, ſiue pro iſtis.

Vicēnărĭŭs, (εἰκοσὸς) pro uigenarius dicitur.

Vicēnŭm, (εἰκοσὸν) pro uigenum dicitur.

Vicĭă, genus grani, à uinciendo dicta, ut ait Varro primo de re Ruſt. cap. 31. quòd capreolos habeat, ut uitis, quibus furſum uorſum ſerpit ad ſcapum lupini, alium'ue calamum, ad quem ut hæreat, eum ſolet uincire. Vel dicitur à Græco, quod illi βίκιον neutro genere. Plin. lib. 18. Naſcuntur in uicia cochleæ minutæ, erodentes eam. Vergil. lib. 1. Georgic. Si uero uiciamq; ſeres, &c.

Vĭcĭārĭŭs. a. um. (βικιακὸς) quod ad uiciam pertinet: ut, Cribrum uiciarium, apud Columel. lib. 8. cap. 5. Idem libro 31. ſubſtantiuum poſuit, cum ait, Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata egerenda, pars oleis inſpergenda, tum etiam uiciaria diligenter facienda: id eſt loca uicijs conſperſa, et conſeminata.

Vicīnĭă, (γειτνίασις, γειτονιὰ) locus uicinus, ſeu ipſa uicinitas. Auguſt. lib. 10. Ciuit. Id animaduerſum eſt ab eis qui aderant, quamuis in mortis uicinia curioſiſſime attentis, utrumne philoſophus turbaretur. Ouid. 1. Metam. Notitiam primosq; gradus uicinia facit.

Vīcīnĭtās, (γειτνίασις) uicinorum propinquitas, & aliquando uicinorum multitudo. Terentius in Heaut. Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas, &c. Cic. 6. Ver. Signum quod notum erat uicinitati, buccina datur. Vicinitas etiam aliarum rerum dicitur, ut cum dicimus uicinitas ſyluæ, uicinitas nominis, & eiuſcemodi.

Vīcīnĭŭm, idem quod uicinia. Auguſt. 12. Ciuit. Hoc aūt diluuium nequaquā ad Aegyptū, neq; ad eius uicinia peruenit.

Vicīnŭs, (γείτων, ὁ πλησίον) qui eundem colit locum, & qui prope domum noſtram habitat. Dicitur & hæc uicina. næ. ſubſtantiuè. Eſt & uicinus adiect. id eſt proximus. Cic. in Orat. Vicina, & finitima rhetoricæ dialectica.

Vĭcĭſſātĭm, (ἐναλλαγμένως) per uices. Plaut. in Pœn. Ad argumentum nunc uiciſſatim uolo Remigrare.

Vĭcĭſſĭm, (ἐν μέρει) aduerbium, ſignificat per uices, ſiue alternatim: ut, Viciſſim incumbunt oneri. id eſt modò unus, modò alius incumbit oneri. Vergilius: Nos tamen hæc quocunq; modo tibi noſtra uiciſſim Dicemus, Quod uernacula lingua dicimus, amon tour. Quandoq; ſignificat ſecundo loco, ſiue econtrario. Cic. in Læl. Sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uiciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Plaut. in Curc. pro etiam, ſiue (ut ita dicam) reſpondente poſuit, quando dixit: Sed cum adhuc naſo odos eſt obſecutus meo, da uiciſſim meo gutturi gaudium. Similiter Cicero A. Pulchro: Hoc ego meo facto delector (nihil enim potuit fieri amantius) conſydera nunc uiciſſim tuum.

Vĭcĭſſĭtūdo, (ἡ τῆς τύχης μεταβολὴ) alternatio, & mutatio ex alio in aliud, inquit Cicero Luceio: Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum uarietas, fortunæ uiciſſitudines. Item ſignificat reſponſionē, quod uulgò dicitur, Contra cambium. Dicitur etiam uiciſſitas. Actius: Viciſſitatemq; imperandi tradit.

Vĭctĭmă. mæ. (ἱερεῖον) pen. cor. quæ poſt uictoriam dextra uictrice immolabatur. Ouid. Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur. Vel dicta eſt, quod uincta ad aras ducebatur. Victima uerò, & hoſtia, dicitur omne animal, quod deo immolabatur. Hinc nos hoſtiam euchariſtiam uocamus, quoniam illa ſuperatus eſt aduerſarius noſter diabolus.

Victĭmārĭŭs, (ἱερονόμος) uictimarum miniſter. id eſt ſacrificijs, qui uictimas ligabat, cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria. Val. Max. lib. 1. cap. 1. Libros Petilius prætor urbanus ex authoritate ſenatus, per uictimarios facto igne, in cōſpectu populi cremauit.

Victĭmārĭŭs, (ἱερώνης) qui uictimas emebat, ut uenderet. Plin. lib. 7. cap. 12. Victimarij negociatoris uili mancipio.

Victĭto. tas. penul. cor. (σιτέομαι, φάγω) non eſt frequentatiuum: non enim ſignificat frequenter uiuo, ſed ueſcor, & quaſi uictu utor: ut, Sarmatæ lacte uictitant. Terent. in Eun. Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas. Fit à uicto. ctas. frequentatiuo.

Victŏr, (νικητὴς) qui uincit. Cæſ. 2. bel. Gal. Noſtros uictores tranſire flumen cōſpexerant. Verg. 3. Geor. Victorq; uirûm uolitare per ora. Vbi Seru. Victor, effector propoſiti et uoti.

Victōrĭă, (νίκη.) Cicero pro M. Marcello: Victoria, quæ natura inſolens, atq; ſuperba eſt. Vltra autem notam ſignificationem, ſignificat etiam deam, quam Romani colebant: & Victoriæ inſignia, ut ſunt ſtatuæ, coronæ, & huiuſmodi. Valerius Maxim. lib. 1. Pauſanias, Victoria quoq; aderat ad magnitudinem cubitorum quatuor.

Victōrĭātŭs, (νικηφόρος) genus nummi argenti, quòd Victoriæ nota ſignatus eſſet, qui lege Clodia percuſſus eſt. Plinius libro 33. cap. 3.

Victōrĭōsŭs, (καλλίνικος) uincere aſſuetus, ſiue qui uarias, aut plures uictorias reportauit: qua dictione uſus eſt Cato, teſte Gellio lib. 4. cap. 9.

Victrĭcŭs, uel potius uitricus, penul. correp. (πατρωὸς, ἀνὴρ τῆς μητρὸς) matris meæ maritus, cui ego priuignus ſum. Nam uictricus & priuignus, inter ſe opponuntur, ut inquit Modeſtinus. Suet. Victrico uerò Martio Philippo conſulari multum diſſuadente. Vide Vitricus.

Victrix, (νικήτρια) uerbale fœmininum à uictor, quæ uicit. Cice. ad Brut. Erat uictrix reſpub. cæſis Antonij copijs. Dicitur & uoti compos. Verg. 7. Aeneid. Iunonem uictrix affatur uoce ſuperba. In plurali uitrices facit, & uictricia, neut. gen. Vergil. 3. Aeneid. Victriciaq; arma ſecutus. id eſt

qua

quæ uicerunt. Victrices literæ, dicuntur uictoriam denunciantes. Cic. ad Att. lib. 5. Quo autem die Caſſij literæ uictrices in ſenatu recitatæ ſunt, &c.

Victŭĭs, in genitiuo pro uictus ueteres dixere. Var. Primũ de re familiari, ſecundò de uictuis conſuetudine diſſeram.

Victūrŭs, (νικήσων) & à uiuo, & à uinco participium eſt. Salluſt. Pyrrhus ne rex, an M. Curius prælio uicturus eſſet. Cic. in Cat. Maiore: Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet uicturum, (βιώσεσθαι.)

Victŭs. ctus. à uiuo, ſignificat genus uitæ, etiam quantum ad mores. τὰ σιτία, ὁ βίος. Victi genitiuus à uictus legitur apud Plautum in Cap. Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas. Vlpian. De uerb. ſign. Victus uerbo (inquit) continentur, quæ eſui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuẽdum homini ſunt neceſſaria. A quo conuictus, ſimul uictus, cum plures ſimul uiuunt.

Victŭs. a. um. participium eſt à uinco. cis. ut, Pompeius uictus eſt à Cæſare. Victi, & ſubacti populi, apud Cic. ad Att. Cuius contrarium eſt inuictus, pro forti, qui uinci non poteſt.

Aliquando dicitur impos uoti. ἀκρατὴς. Nam quomodo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uolunt faciunt. Sic uictos uoti impotes, qui non poſſunt facere, quod uolunt. » Verg. Veteres migrate coloni Nũc uicti triſtes. Victus aliquando dicitur à propoſito priſtino recedens. Verg. 2. Aen. » Hic uerò uictus genitor ſe tollit ad auras.

Vīcŭs, pars urbis eſt, qui ex multiplicatis domibus fit, et ex pluribus uicis urbs conſtat. ῥύμη, κώμη. Diuiditur enim urbs in uicos quaſi in membra minora. In oppido uicus à uia (ut inquit Varro) quòd dextra parte uiæ ſunt ædificia. In urbe fiunt uici, connexis & cohærentibus ædificijs. Vnde Romæ uicus Cyprius, uicus Africus, uicus Sceleratus nominati. Cic. pro Milone, Nullum in urbe uicum, nullũ angiportum eſſe dicebant, &c. Vicus qui exitum non habet, angiportus dicitur, & hic uicus urbanus appellatur. Eſt etiam uicus paganus, ſi plures ſimul uillæ, quæ pagi dicũtur. hoc eſt plures ruſticanæ domus, coniunctæ ſint, & aliquo ſpacio remotæ ab urbe, dummodo nõ ſint clauſæ mœnibus, quia tunc caſtella uocarentur. Cicero ad Terentiam libro 14. Quòd ad me mea Terentia ſcribis, te uicũ uendituram, quid, obſecro? &c. De hac dictione uicus, uide Vallam lib. 4. cap. 20. Huius diminutiuum eſt uiculus, & accipitur pro pagis, & ruſticanis domibus.

Vide quid agas, prouerbiale eſt, quod ſolet dici his, qui magna aggrediuntur, nõ terrentis tamen eſt, ſed excitantis. Teren. in Phor. Vide quid agas, prima coitio eſt acerrima.

Vidēlĭcĕt, aduerbiũ confirmandi, quaſi uidere licet. δηλαδὴ, δηλονότι. Teren. Adel. Videlicet hoc audiuit. hoc eſt certè audiuit. Salluſt. Vos de parricidis quod ſtatuatis, cunctamini, uidelicet cætera uita illorum huic celeri obſtat? Sed parcite dignitati Lentuli. uide Vallam lib. 2. cap. 61.

Vĭdĕo. des. di. ſum. pertinet ad oculos. βλέπω, ὁράω, ὄπτομαι. Vergilius, Quæq; ipſe miſerrima uidi, Et quorum pars magna » fui. Quandoq; adijcitur uideo oculis. Ouidius, Aut qui» bus hæc oculis aſpicis, iſta lege. Sic etiam Græci, ἀναβλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Transfertur etiam ad animum. Ouidius, » Video meliora, proboq;, Deteriora ſequor. Vnde prophetæ appellabantur uidentes, quia uidebant eũ, quem cæteri non uidebant. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Vtimur hoc uerbo in cæteris ſenſibus, cum eos ad cognoſcendum intendimus. Neq; enim dicimus, Audi quàm rutilet, aut olfac quàm niteat, aut guſta quàm ſplendeat, aut palpa, quàm fulgeat. Videri enim dicuntur hæc omnia. Dicimus autem non ſolum, Vide quàm luceat, quod ſoli oculi ſentire poſſunt, ſed etiam, Vide quid ſonet, Vide quid oleat, Vide quid ſapiat, Vide quàm durum ſit. Ideoq; generalis experientia ſenſuum, concupiſcentia oculorum uocatur, quia uidendi officium (in quo primatum oculi tenent) etiam in cæteris ſenſibus ſibi de ſimilitudine uſurpant, cum aliquid cognitionis explorant, inquit Auguſt. lib. 10. Confeſ. Vnde dicimus hoc uerbum transferri ad animum, ac quandoque poni pro curare, conſiderare, intelligere, cognoſcere, attendere. Terentius, Vide quò me inducas. id eſt animaduerte, & conſidera. Plautus, Tu domi uidebis. id eſt parabis. Dicimus etiam, Vide tibi. id eſt prouide. Terentius in Phormione, Rectè mihi uidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam. Me uide, phraſis eſt comica, qua alium ſecurum eſſe uolumus. Terentius in And. Atque iſthuc ipſum nihil pericli eſt, me uide. id eſt me time, dũ adſum.

Huius uerbi compoſita ſunt, Circumuideo. περιβλέπω. Vnde & Circumuiſo. περισκέπτομαι. Plautus in Amph. Sed angues oculis omnes circumuiſere. Euideo, (καθορῶ) clarè & expreſſe uideo: à quo Euidens, & Euidenter, quæ in frequentiore uſu ſunt. Præuideo, antè uideo. Prouideo, Peruideo, perfectè uideo. διοράω. Tranſuideo, (διοράω) aliquid per corpus perſpicuum uideo. Inuideo. À uideo fit uiſo, à quo fit uiſito frequentatiuum. Eſt & uideor paſſiuum. δοκῶ, φαίνομαι. ut, Tu mihi uideris uir probus, hoc eſt, uidetur mihi, quòd tu es probus: quod barbarum eſt. Plancus ad Ciceronem libro 10. Amicum eum reipub. cognoſcere uideor. id eſt ut indocti loquuntur, Videtur mihi quòd cognoſco eum amicum reip. Eleganter etiam dicimus, Videre uideor, pro eo quod barbarè dicitur, Videtur mihi quòd ego uideo. Cic. ad Tyronem lib. 16. Videor uidere ementem te ruſticas res. Si uidetur. id eſt ſi placet, ſi non moleſtum eſt. Cicero ad Terentiam lib. 14. Tibi, ſi uidebitur, uillis ijs utere. &c. Idem ad Fabium Gallum lib. 7. Facies me, ſi tibi uidebitur, certiorem.

Vidĕrĭt Epicurus, inquit Cic. 4. Acad. id eſt uideat. hoc eſt huius rei illi cura ſit, uel huius opinionis rationem reddat, non ego. μελέτω τῷ ἐπικούρῳ. Sic accipiẽda ſunt, Tu uideris, Vos uideritis, Illi uiderint, modus loquendi minatorius. Cic. ad Brutum, De hoc tu uideris.

Vĭdŭă, dicta eſt quaſi ualde idua, ab Iduum die, qui menſem diuidit, hoc eſt à uiro diuiſa. χήρα. Hinc uiduare, diuidere. Iabolenus Iureconſultus ſcribit, uiduam non ſolum quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoq; quæ uirum non habuiſſet: quia uidua ſic dicta eſt, quemadmodum uecors, ueſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet, ſimiliter uiduã eſſe dictam ſine duitate. Quæ uerba ſic intelligũtur, uidua dicitur quæ ſine uiro eſt, à ue particula priuatiua, à qua Vidua uenit, quaſi uedua, hoc eſt ſine duobus: utpote quæ ſola uiuat, non collocata in matrimonio, ubi duo ſunt, mas & fœmina.

Viduērtās, apud Catonẽ, calamitas dicitur, ca. 141. teſte Feſto.

Vĭdŭlŭm, in quo aliquid ſeruatur. φυλακτήριον. Vnde Plau. in Epid. ſacculũ, uidulum dixit. Et in Rudente, Vidulum excidiſſe lenoni dixit, ubi lenonis fortunæ erant collocatæ.

Vĭdŭo. duas. diuido, ſeu priuo. χηρόω. Verg. 8. Aen. Tam mul» tis uiduaſſet ciuibus urbem.

Vĭdŭŭs, priuatus, diuiſus. χῆρος. Horat. Voce dum terret, ui» duus pharetra Riſit Apollo. Cic. libro 2. Tuſculan. Sic me ipſe uiduus peſtes excipio anxias. id eſt priuatus. Hinc uiduus lectus dicitur, qui altero coniugum careat. Lucanus, Inſomnis uiduo tum primum frigida lecto. Item uiduitas. Liu. lib. 10. belli Maced. In uiduitate relictæ filiæ ſingulos paruos filios habentes. Ponitur aliquando pro priuatione. Plaut. in Rud. Omnium copiarum atq; opum, auxilij, præſidij uiduitas nos tenet.

Viĕo, uies, uieui, uietũ. pen indifferẽte. Hora. in Epod. ode. 12. » Quis ſudor uietis, & quàm malus undiq; membris Creſcit » odor? Eſt autem uiere, ligare, inflectere. λυγίζω. quia uietis uirgis ligare poſſumus quodlibet. Plau. in Menæh. Vides tu illi oculos uieri, ut uiridis exoritur color? id eſt in obliquum

flectere. Vnde uimina, & uaſa uiminea, teſte Feſto.

Vietōrēs, qui uaſa uinaria religant, ſtipantq́; λυγισαί.

Vietŭs, pen. indifferente. mollis, languidus flexibilis, ſine ui, naturalibus priuatus uiribus. ϖαρετός. Varro de Oporothecis, Ne cum humorem amiſerint pertinaci uento, mala uieta fiant. id eſt flexa, & obliqua. Vnde uietor, rotarum canthos, & ligna contorta dicimus. ✱ Vide in Vieo. Lucretius lib. tertio: Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe uietum Veſtem ſentimus.

Vigĕo. ges. gui. uiuo, ſiue potens, aut in uigore ſum, & uiriditatem quandam habeo. ἐπακμάζω, ἀκμάζω. Cicero libro primo Tuſculan. Multaq́; ſecula poſtea ſic uiguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alij docti uiderentur. Inter uegetum, & uigens hoc intereſt, quòd uegetum ſit incolume, uigens, forte. Nam uegetum corporis, uigens etiam animi poſſumus dicere. Nonius.

Vigēſĭmă. mæ. (εἰκοςὴ) tributũ, ſeu exactio, ſicut decima. Plin. in Pane. His uigeſima reperta eſt, tributũ tolerabile.

Vigēſĭmārŭm aurũ. εἰκοςαῖον χρυσίον. à Liuio dicitur, quod ex uigeſimis exigebatur.

Vigēſĭmŭs. ma. mum, fit à uiginti. εἰκοςός. ut, Vigeſimus annus eſt, ex quo literis operam dedi.

Vigēſsĭs. ſit. maſcul. id eſt uiginti aſsium. Martialis libro 12. Amphora uigeſsis, modius datur ære quaterno. id eſt uiginti aſsibus amphora uenditur. Adiectiuè poſſe capi uidetur, ut treſsis apud Perſium, Treſsis agaſo, niſi mauis utrobique genitiui caſus eſſe.

Vigĭl, dicitur qui non eſt torpens, quales ſunt dormientes, ſed qui in uigore ſuo eſt. ἐγρηγορὸς, ἄγρυπν☉. À quo peruigil, qui aſsiduè uigilat, & qui diligens, & induſtrius eſt. Et uigil, (φρουρὸς) nocturnus cuſtos, qui & excubitor dicitur: à quo præfectus uigilum uocatus eſt.

Vigĭliæ, (φυλακαὶ) nocturnæ ſunt, excubiæ, (παννυχίδες) diurnæ pariter & nocturnæ. Sciendum uigilias militares in quaterna horarum ſpacia diuidi ita, ut prima, ſecunda, tertia & quarta uigilia dicatur. Cæſar libro primo belli Gall. Vbi per exploratores Cæſar certior factus eſt, tres iam partes copiarum Heluetios id flumen traduxiſſe, quartamq́; ferè partem citra flumen Ararim relictam eſſe, de tertia uigilia cũ legionibus tribus ex caſtris profectus, ad eam partem peruenit, quæ nondum flumen tranſierat. Interdum uigiliæ, dicuntur ipſi cuſtodes, qui uigilant. Salluſtius, Et ab incendio in telligebat urbem uigilijs munitam. Interdum uocantur profeſti dies, (ἀγρυπνίαι) quòd uigilare ante diem feſtum mos eſt in ſacrificijs faciendis, & ſacris hymnis cantandis. Plau. in Aulul. Is adoleſcentis illius eſt auunculus, Qui illam ſtuprauit noctu Cereris uigilijs.

Vigĭlo. las. non dormio. ἀγρυπνέω, γρηγορέω. Terentius in Eunucho, Ne ue uſq; ad lucem uigiles. Per translationem, diligenter audio. Iuuenalis, Sed uigilat conſul. Item uigilare, eſt ſtudium & diligentiam adhibere, ſiue uigilanter prouidere. Cice. pro Plancio, Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis. Vnde inuigilare, eſt alicui rei incumbere. ἐπαγρυπνεῖν. Euigilare, (ἐγείρεσθαι) expergiſci, et ad aliquid agendum intentum eſſe. Peruigilare, ad finem uigilare. παννυχίζειν. Aduigilare, iuxtà uigilare, ſolicitari, cogitaré ue. Teren. in Andr. Nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, ex unis mihi geminas conficies nuptias. Hinc uigilantia (γρήγορσις, ἀγρυπνία) quæ plerunq; pro diligentia ponitur. Idem in Adelph. Vigilantiam tuam mihi narras. Et uigilans. tis. participium. Plaut. in Capt. Vigilans ſomniat. Aliquando nomen eſt. id eſt prouidus, et intentus. Plin. in Epiſt. 17. li. 2. Vir exercitatus, & uigilans. Inde uigilanter, aduerbium, cum diligentia, et ſolicitudine. Cic. 6. Ver. Quod uigilanter prouinciam adminiſtraſſet, &c. Verg. lib. 4. Aeneid. Præcipites uigilate uiri, & conſidite tranſtris.

Vigĭlāx. acis. idem quod uigilans. Col. lib. 7. cap. 12. Maxime autem debent in cuſtodia uigilaces conſpici, &c.

Vigŏr, firmitas, robur. ἀκμή. Plin. lib. 7. cap. 25. Animi uigore præſtantiſsimum arbitror C. Cæſarem. Verg. lib. 4. Aenei. Atq; habilis membris uenit uigor. Eſt ſpecus ingens, &c.

Vigōrōſŭs, firmus, robuſtus. ἀκμαῖ☉.

Vilĭs, & hoc. le. quidam à uilla deducunt, una litera abiecta, quòd omnia in uilla uiliora ſint quàm in urbe. id eſt minori precio uendantur. uile enim propriè dicitur, quod parum ualet, cuius contrarium eſt carum. Plaut. in Trin. Ne q; quicquam hic uile nunc eſt, Niſi mores mali. Ponitur interdũ pro abundanti, quia omne quod plurimum abundat, uile eſt. id eſt paruo precio uenditur. Verg. lib 1. Georg. Si uerò uiciãq; feres, uilemq́; phaſellũ. Vilis oratio dicitur à Quint. lib. 8. ca. 3. neglecta inelaborataq́;, cui opponitur accurata.

Hinc uilius. id eſt minore pretio, et uiliſsime. id eſt minimo precio. Et uilitas, cui opponitur caritas: ut uilitas annonæ, apud Cic. pro lege Manil.

Vilĕo. les. (εὐτελίζομαι, φαυλίζομαι) uilis ſum. à quo uileſco, uilis fio.

Vilĭto. as. pen. cor. uile facio. εὐτελίζω. Turpilius, Et queror tua uitia, quæ te uilitant.

Villă, dicta eſt (inquit Var. lib. 1. ca. 11.) quod à uillico in eam conuehuntur fructus, & euehuntur, cum ueneunt. ἔπαυλις, ἀγροικία. Eam duplicem faciunt, urbanam ſcilicet & ruſticam. Vrbana ea pars eſt, quam dominus ſibi recipit, quæ quia elegantius amœniusq́; ædificari ſolet, & inſtrui, ideo urbana uocatur, quaſi urbani nitoris, & elegantiæ pluſquam ruſticæ. Ruſtica ea pars eſt uillæ, quam uillicus colonus, uel uinitor, arboratorúe habitandam ſibi obtinet. Vel dicitur domus aut caſa extra urbem, habitandi cauſa conſtituta. Hinc uillula diminutiuum. Cicero ad Att. lib. 8. Ego Arpini uolo eſſe pridie Calend. deinde circum uillulas noſtras errare.

Villānŭs, dicitur quòd uillæ (unde dicti uillici) aſcriptus, et colonariæ conditioni addictus aut ipſe ſit, aut eius maiores fuerint. ἀγροῖκος. Vnde ſemiuillanus. id eſt ſemiruſticus.

Villārĭs, & hoc. re. (ἀγροικὸς) ſicut Villaticus. Plinius lib. 10. ca. 41. Villaribus gallinis & religio ineſt, inhorreſcunt edito ouo, excutiunt ſeſe.

Villātĭcŭs. ca. cum. (ἀγροῖκος) quod ad uillam pertinet. Vnde uillatica paſtio, dicitur alimentum quod pertinet ad animalia, quæ ruri nutriuntur, utputa pecudes, aues, piſces. Sic dicitur uillaticus canis, qui in uilla tenetur.

Villĭco. cas. & uillicor deponens, ſignificat ruſticor, ſiue in uillam animi cauſa ſecedo. ἀγροικῶ. Pomponi. Ego rus eo, ut aliquot diebus uillicer. Terentius in Hecyra, Hic uillicor ante urbem. Aliquando uillicari, eſt uillæ præeſſe. οἰκονομεῖν. Pomponius, Longè ab urbe uillicari, quò herus rarenter uenit non uillicari, ſed dominari mea eſt ſententia.

Hinc uillicatio, ipſa ruſtica negociatio, uel uillæ diſpenſatio. οἰκονομία.

Villĭcōnēs, idem quod uillici, uel præfecti uillicationis, ut eſt apud Apuleium in Apologia, qui & ἐπισάθμοι dicuntur.

Villĭcŭs, pen. cor. propriè uillæ gubernator, uel qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curæ. τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργῶν, οἰκονόμος. Vnde à uilla uillicus nomen accepit. Varr. de re Ruſt. lib. 1. ca. 1. Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atq; appellatus à uilla. uilla quòd ab eo in eam conuehũtur fructus, & euehuntur, cum ueneunt. À quo ruſtici etiam nunc quoq; uiam ueham appellant, propter uecturas, & uellam, non uillam, quò uehunt, & unde uehuntur. Oeconomus autem, tam pecuniæ, quàm frugum, & omnium, quæ dominus poſsidet, diſpenſator eſt. Ponitur tamen quandoq; uillicus pro ruſtico agricultore. Horatius, Villice ſyluarum & mihi me reddentis agelli. Col. lib. 11. Villicus ſemper caueat, ne improui-

dus ab

dus ab opere uincatur. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cun-
» ctanti. Villica.cæ.uxor uillici.Martial.lib.1. Pinguis inæ-
» quales onerat cui uillica menſas.

Villum,(οἰνάειον) diminutiuum à uinum,ſicut ullus ab unus.
Terentius in Adelph. Interea in angulum Aliquò abeam,
atq; edormiſcam hoc uilli.

Villus,(θρίξ,λάχνη) pilus.Martial. Calfaciunt uilli pallia no-
» ſtra mei. Hinc uilloſus adiectiuum,quod uillis plenum eſt.
Colu.lib.7.ca.12. Amplo,uilloſoq; pectore.

Vimen,omne uirgultum molle, & ad ligandum aptum, quaſi
uincimen. λύγος,οἰσὺς,ῥίψ. Col.lib.4.cap.30.Nec refert,cu-
ius generis uimen ſeras,dum ſit lentiſſimum. Plin.lib.16.ca.
37.Et aliæ arbores,uirgas ſequaces habent ad iuncturas len
titiæ,aliæ prætenues uiminibus texendis ſpectabili ſubtilita
te.Fiunt autē uimina ex populorum uirgis, ulmi, & ſangui-
neorum fruticum,& betulæ,& uitis,& coryli intortæ,& ſa-
licis,quæ principatum obtinet. Hinc uimineus.nea.neum.
(οἰσυινὸς) quod eſt ex uimine : ut, Vaſa uiminea. Plautus in
» Epid.Viminei faſces uirgarum.Vergil.4.lib.Georg.Nar-
» ciſſum aut flexi tacuiſſem uimen acanthi.

Viminale,quod eſt ad ligandum aptum, ſeu quod pertinet ad
uimina.λυγισικόν. Plinius libro 17.cap.20. Hæc eſt uimina-
lium cultura.

Vinacea.ceorum. neut. gen. pluralis numeri, ſunt grana uuæ
iam preſſæ,& etiam nondum preſſæ.στέμφυλα. Colum.lib.8.
Vinacea quamuis tolerabiliter paſcant, dari non debent,ni-
ſi quibus temporibus anni , auis fœtum non edit . Eſt & ui-
naceus.cea.ceum. Plinius, Legimus quendam grano uina-
ceo ſuffocatum . hoc eſt acino uuæ. Dicimus & uinaceus,
cei.generis maſculini, in eadem ſignificatione. Varro 3. De
re Ruſt.cap.11. Pabulum his datur, triticum, hordeum , ui-
nacei uuæ. Et uinacea. ceæ. fœm.generis. Plinius lib.17.
ca.22. Circum capita addito ſtercora, paleas, uinaceas, aut
aliquid horumce.

Vinago,(ἡ οἰνὰς)palumbis,ſiue columbæ ſpecies,ab uſu(ut pu
to) labruſcæ,qua ueſcitur.Vide palumbes.

Vinalia,tam ſecundæ quàm tertiæ declinationis, pro die feſto,
quo ueteres nouū uinum Ioui libabant,Nono Calend.Maij,
ut ait Plinius lib.18.cap.29.πιθοιγία. Sunt & altera uinalia,
de quibus idem ibidem.

Vinarius,uini uenditor. οἰνοπώλης. Vnde Lampridius ſcri-
bit, Alexandrum Romanum imperatorem conſtituiſſe cor-
pora uinariorum, & caligariorum, & omnino omnium ar-
tium. Et apud Plautum in Aſin. Sed uina, quæ heri uendi-
di uinario Exærambo,&c. Suetonius de Claud. Cum de la
nijs, aut uinarijs ageretur , exclamauit in curia. Ponitur
aliquando pro uinoſo,ac ebrioſo.Vlpian.in l. ob quæ.de ædi
liti.edict. Item aleatores, & uinarios non contineri edicto,
quoſdam reſpondiſſe Pomponius ait,&c.

Vinarius.ria.rium.quod ad uinum pertinet, (οἰνηρὸς)ut taber
na uinaria,uas uinarium, in quibus aut uenditur, aut tene-
tur uinum.

Vinca, herba uulgò nota, quæ in longum creſcit , obuia quæ-
que uinciens , lauroq; folia habet ſimilia , & chamædaphne
(χαμαιδάφνη)dicitur. id eſt parua laurus.Dicitur etiam uin
ca peruinca.

Vincio.is.xi,uinctum,cum n ante c,ſignificat ligo , quaſi uim
» inijcio.δέω,πεδάω. Vergilius,Purpureóque altè ſuras uin-
» cire cothurno. Huius compoſita ſunt,Deuincio, ualde uin
cio.Cic. Maxima mecū familiaritate deuinctus. Reuincio.
ἀναδέω. Gellius,Videbamus Antroclum, & leonem tenui
loro reuinctum,urbe tota circum tabernas ire.

Vinco.cis.ci. ctum.ſupero. κρατέω, καταγωνίζομαι,νικάω. Ci-
cero in Catil.Mihi uiuendum eſt cum illis,quos uici,& ſub-
egi. Per tranſlationem ponitur pro exprimo, & quaſi dif-
» ficultatem rei dicendo ſupero. Vergilius, Nec ſum animi
» dubius , uerbis ea uincere magnum Quàm ſit. Item pro
» animi compos fio. Idem lib. 3. Georgicor. Illi uictor ego,&
» Tyrio conſpectus in oſtro. Vincere cibum dixit Plin. lib.
11.cap.53.pro concoquere. Hinc Vincibilis,& hoc.le.quod
facile uincitur.Colum.lib.7.cap.12. Grauem terram,uix ul-
la cultura uincibilem. Compoſita huius ſunt,Conuinco,de
uinco,euinco,& prouinco. Deriuata ſunt uictor,uictrix,ui
ctoria,uictorioſus,& uictima.

Vincibilis,qui uinci poteſt.νικητός.Col.li.3.Grauem terram,
uix ulla cultura uincibilem.

Vinctus,ligatus,& aliquando captiuus dicitur. δεθείς. Vnde
quandoq; pro ſeruo,& cōpedito ſumitur . Seneca, Qui unus
erat è uinctis Cæſaris,mox libertate donatus eſt.

Vinctus. us.ui,uinculum.Var.lib.1.de re Ruſt.Deniq; diſcat
perdere in palmam aut funiculo,aut uinctu.

Vincula,& per ſyncopen Vincla,(δεσμὰ) dicūtur ligamina.
Col.lib.3.Salix humida loca deſyderat,geniſta etiam ſicca,
utraq; tamen circa uineam ſeruntur, cū palmitibus idonea
præbent uincula. Per tranſlationē dicitur carcer , in quo
noxij uincti ſeruantur,præſertim in plurali numero. δεσμω-
τήριον.Cic.7.Ver.Quid ſi aufugiſſet? ſi uincla rupiſſet? In
uinculis eſſe,eſt in carcere eſſe uinctum.

Vindemia,(φυγητὸς)quaſi uini demia,à uino demendo.Verg.
» 2.Georgic. Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris.
Sunt qui diſtinguunt inter uindemiam, & uindemias, quòd
uindemia ſit totius orbis generaliter, uindemiæ:ſingularum
partium,ut plus ſignificet ſingulare,quàm plurale. Sicut
plus eſt,cum dicimus,per terrā pluit,quàm per terras. Ali
ter uerò Seruius,Cum uindemiam,inquit,numero ſingulari
dicimus,unius anni ſignificamus:cum plurali,multorum, ut
meſſem,meſſes,hyemem,hyemes.hæc enim ſemel tantum an
nis quibusq; contingunt:tunc enim omne elementum ſignifi-
camus. Transfertur quoq; etiam uindemia ad alia.Plinius,
Prima mellis uindemia melior.Col.lib.10. Mox uere tranſa
cto ſequitur mellis uindemia.

Vindemialis,& hoc.le. & Vindemiatorius.a.um. φυγητικός.
quod ad uindemiam pertinet.Varro libro 1.de re Ruſt.cap.
2.Nihilo magis,torcula uaſa uindemiatoria, aut ſerias olea
rias,ut trapeta.

Vindemio.mias.uindemias colligo. φυγάω.Plin.lib.14.cap.2.
Nouiſſimas uindemiant. Hinc uindemiator ,(φυγητὴς)
» cuius de,ſyllaba corripitur metri cauſa. Horatius in Serm.
» Vindemiator,& inuectus cui ſæpe uiator. Ouidius uerò de-
» traxit a , ut de ſyllabam produceret,in Faſtis, At non effu-
» giet uindemitor hoc quoq; cauſam . Sic Columella libro 4.
Vindemiatoribus quoq; hæ ſemitæ, & iugum, pedamentaq;
ſarrientibus opportunam laxitatem præbent , per quam uel
fructus,uel ſtatumina portentur. Eſt autem uindemiator,
qui uindemiat.

Vindex,propriè ultor iniuriæ.τιμωρός. Cicero ad Seſtium lib.
5.Sed partim odio inducti me excludunt,& apertè uindicem
coniurationis oderunt,partim non credunt. Dicitur aliquā
do uindex,qui alterius cauſam ſuſcipit uindicandā, ut quos
nunc procuratores uocamus,ut ſit uindex quaſi defenſor,aſ-
ſertor.Cicero 3.de Legib.Habet ſanè populus tabellam,qua
ſi uindicem libertatis. Et uindex,qui ſe ex ſeruili conditio
ne in libertatem uindicat , à Vindicio ſeruo ex urbe Setia,
qui quoniam coniurationem de reducendo Tarquinio dete-
xit,liberatus eſt,ut inquit Liuius lib.3. Hinc & Vindiciæ,
(ἀναθεώσεις) dicuntur ſententiæ,ſiue aſſertiones , aut adiu-
dicationes: quæ ſi à ſeruitute in libertatē ſunt, dicuntur uin-
diciæ ſecundum libertatem:ſi uero à libertate in ſeruitutem,
dicuntur uindiciæ ſecundum ſeruitutem pronunciari. Nec
tantum de libertate,aut ſeruitute uindiciæ dicuntur, ſed &
de alijs rebus , ut cum de re aliqua inter duos , aut plures a-
pud prætorem controuerſia eſt , & incertum eſt uter litiga-

torum pendente lite rei controuerſæ poſſeſſor eſſe debeat, uterque autẽ à prætore uindicias poſtulat. id eſt ut hodie cauſidici loquuntur, recredentiam: dat autem iudex, cui æquum eſſe uidetur: cui autem dederit, ſatiſdat aduerſario ſuo, nihil ſe deterius facturum in poſſeſſione, de qua iurgium eſt: rurſus ſponſione ipſe prouocatur ab aduerſario certæ pecuniæ, aut æſtimationis, quam amittat, ni ſua ſit hæreditas, de qua contendit.

Vindĭco. cas. penult. cor. propriè ulciſcor, punio, caſtigo. ἐκδικέω, τιμωρέω. Cicero 2. De Legibus, Grauiter olim uindicabat uetus illa Græcia longè prouidẽs, Vnde uindicta. Et uindicare, eſt ab iniuria, contumelia ue aut damno defendere, aut liberare. ἀπαμύνειν. Cic. Eſt & ſenectus natura loquacior, ne ab omnibus eam uitijs uidear uindicare. Liu. li. 3. A cuius crudelitate uoſmetipſos armis uindicaſtis. Item uindicare in libertatẽ, aſſerere. εἰς ἐλευθερίαν ἐξαιρεῖσθαι. Cic. in Parad. In libertatẽ uindicari uult? Vnde uindicta, uirga, » qua ſerui libertate à prætore donabantur. * Verg. 4. Aen. » Promiſit, Graiûmque ideo bis uindicat armis.

Vindictă, ultio. ἐκδίκησις. Aliquando libertas, ſiue uirga, qua ſerui libertate donabantur. ἐνδίκτα, ἡ χαντιλὰς ἀπελευθέρωσις. Nam faciendi liberi tres partes ſunt. Vna, ut cenſu liber fiat: cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Si quis enim conſentiente populo, uel iubente domino, nomẽ detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis uinculo ſoluebatur. Altera pars adipiſcendæ libertatis, quæ uindicia uocabatur, ſcilicet uirgula, quam prætor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem uindicabat, dicens quædam uerba ſolennia, atque ideo illa uirgula uindicta uocabatur. Tertia pars faciendi liberi eſt, ſi quis ſuprema uoluntate in teſtamenti ſerie, ſeruum liberum ſcripſerit.

Vinĕă, (ἄμπελος) multitudo uitium ſimul conſitarum. Colum. lib. 3. cap. 2. Ideo non eſt uineis apta, uix etiam arbuſto. Vinearum tria ſunt genera: iugata, humi proiecta, & arbuſtiua. Eſt etiam uinea inſtrumentũ bellicum, ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum ſeptem, longum ſedecim, tectum duplici ligno, cratibusque contexitur. Latera quoque uimine ſepiuntur, ne ſaxorum ac telorũ impetu perfringantur: extrinſecus, ne crementur, crudis ac recentibus corijs teguntur. Cum plures fuerint, iunguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruendos pugnant. Plau. in Mil. Ad eum Vineas pluteosque agam.

Vineālĭs, & hoc. le. quod eſt aptum ad uineam. ὁ ἀμπελώδης. Colum. lib. 3. ca. 12. Sed ne nunc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non intempeſtiuè commemorabimus Iulij Græcini conſcriptam uelut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terræ uinealis.

Vinĕārĭūs. ria. rium quod eſt uineæ, uel quod ad uineam pertinet. ἀμπελικός. Colum. lib. 5. ca. 6. Validam uitem in ramos deducere cenſeo, & traducibus diſpergere, atque diradiare, certosque uinearios colles præcipitare.

Vinĕātĭcŭs. ca. cum. quod ad uineam pertinet. ut falces uineaticæ. Var. 1. de re Ruſt. cap. 22. Sic alia quoque nonnulla genera ſpecies habent plures, ut falces. Nam dicuntur ab eodem ſcriptore uineaticæ opus eſſe ſex. Col. lib. 4. ca. 1. Vnum atque alterum reprehendiſſent, quippe ſeminibus uineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes.

Vinētŭm, locus ubi multitudo uitis conſita eſt, hoc eſt ubi multæ uites, uel multæ uineæ ſunt. ἀμπελών. Colu. lib. 3. Cui uineta facere cordi eſt, faciat uitiarium, ex quo poſſit agrum uineis ueſtire.

Vinĭŏlŭs, qui molliter ſe gerit, et effœminatè. Vide Vinulus.

Vinĭpōtŏr. ris. potator uini.

Vinitŏr, pen. cor. ruſticus uinearum cultor. ἀμπελουργός. Colu. » lib. 1. Separandi ſunt aratores à uinitoribus. Verg. lib. 2. Ge» org. Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Vinŏlēntŭs, ebrioſus, uino ſe ingurgitans. ἔξοινος, πάροινος. Plautus in Aulul. Te eam compreſſiſſe uinolentum uirginem. Hinc uinolentia, ebrietas. Cicero in Topic. Imprudentia, uinolentia, inſania.

Vinōſŭs, (μεθυστικός, οἰνώδης) qui ad uinum affectus eſt, ſiue qui uini cupidus eſt, ut ait Vall. lib. 1. Plinius ait idcirco uinoſos dici homines, quòd ſoli animalium non ſitientes bibãt.

Ponitur aliquando pro ebrioſo. Plautus in Curcul. Quid opus eſt uerbis? uinoſiſſima eſt. Vinoſus ſuccus (ut idem author eſt) propriè eſt moro, pyro, myrto. Idem inter mala Punica genera uinoſa quædam appellat, quæ aluum ſiſtunt, & ſtomachum.

Vinŭlŭs, pen. cor. molliter ſe gerens, & minime uiriliter, quod facit illecebroſus. Plau. in Aſin. Cõpellando blanditer, oſculando, oratione uinula, uenuſtula. * Vide Viniolus.

Vinŭm, (οἶνος) à ui deducitur, quòd uim inferat menti. Et in plurali habet uina, & uinis. Ouid. Et Venus in uinis, ignis » in igne fuit. Martialis, Reſinata bibis, uina Falerna fugis. Quatuor præcipui ſunt uini ſapores: dulce, acutum, lene, & auſterũ. Primus Noë uinum inuenit, ſicut ſacræ teſtantur literæ. At gentiles docent Bacchũ uini repertorem fuiſſe. Primus uerò Italis Saturnus dedit è Creta in Latiũ aduectus. Vinum tortiuũ, quod nouiſſimè expreſſum eſt. πρόχυμα. antequã calcentur uuæ, ſponte defluens. Diminutiuũ à uinum eſt uillum, quod etiam uinellũ dicitur. Vel uinum ἀπὸ τοῦ οἴνου. » In Ouidio legitur, Et uinum in uenis, &c.

Vĭo, uias, uiaui, uiatum, ſignificat iter facio. ὁδεύω. unde uiator, qui uiat.

Vĭŏlă, quaſi minime uiolata, per antiphraſin. Vel quòd non uiolanda, uel ab olendi ui, uel per diminutionem à Græco ἴον. Violarum tria ſunt genera. Nam eſt uiola purpurea, quæ nomen Græcum tenet, & appellatur ἴον ἄνθος. quod eſt uiola flos, unde ueſtis hianthina. Hanc eandem quidam à colore baccæ, uacinum dixerũt, ut inquit Apuleius. Secunda eſt lactea. Tertia eſt coloris palliduli. uide Plinium libro 21. ca. 6. & lib. 6. cap. 19.

Vĭŏlābĭlĭs, qui aptus eſt, ut uioletur. βιάσιμος. ut inuiolabilis, qui non facile uiolari poteſt.

Vĭŏlācĕŭs. cea. ceum. idem quod purpureus, qui in uiolæ colorem tendit. ἰώδης. Corn. Nepos, ut tradit Plin. lib. 9. ca. 39. dixit, Me iuuene uiolacea purpura uigebat.

Vĭŏlārĭă, locus ubi naſcuntur uiolæ. ἰωνιά. Verg. lib. 4. Geor. » Irriguumque bibant uiolaria fontem.

Vĭŏlārĭs, & hoc. le. quod eſt coloris uiolæ. Plautus, Flammarĩ uiolari ueſte.

Vĭŏlārĭŭs. rij. dicitur uiolacei coloris infector. ἰοβάφης. Plau. in Aul. Flammearij, uiolarij, carinarij.

Vĭŏlēntŭs, (βίαιος) qui uim facit.

Vĭŏlēns, pro uiolento ponitur. Hinc uiolenter aduerb. Liu. 5. ab Vr. Quia ſolennia ludorũ, quos intermitti nefas eſt, uiolenter decreuiſſet. Proconſulatũ uiolenter gerere, dixit Pli. Epi. 9. li. 3. id eſt crudeliter. Violenter tolerare, dixit Terẽ. in Phor. id eſt ægrè, inuitè. Hinc quoque uiolentia. tiæ. Plin. lib. 2. cap. 38. Horum uiolentiæ plerique aſsignant.

Vĭŏlo. las. pen. cor. corrumpo, polluo, et quaſi uim infero, quod propriè de uirgine dicitur. βιάζομαι, παρανομέω. Hinc inuiolatus, intemeratus. Sed ad alia trãsfertur. dicimus enim uiolare amicitiam, dignitatem, exiſtimationem, fidem coniugij fœdus, hoſpites, iura, loca religioſa, parentes, rempublicam, ſacra uiolare, famam probris: teſtimonia in bonis authoribus inuentu facilia.

Vipĕră, pen. cor. ſerpentis genus, quòd ui pereat. Nihil enim attinet ad huius dictionis etymologiam pario. nam deberet tunc dici uipara, non autem uipera. De uipera uerò Nicander ita ſcribit, appellans illam echidnam, (ἔχιδναν) quæ

tamen

tamen dicitur echis. ἔχις. Vulgò dicunt maraſſum. Vnde ait Nicander,

Θορῷ κυνόδοντι
Θερὰς ὀδὰξ ἐμφῦσα κάρlω ἀπέκοψεν ὁμεύνε.
Οἱ δὲ πατρὸς λώβlω μετεκίαθον αὐτίκα τυτθοὶ
Γινόμενοι ἔχιες, ἐπεὶ δὴ μητρὸς ἀραιlὼ
Γαστέρ᾽ ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.

Nam corroſis lateribus, exeunt pulli cum matris interitu. Ambr. lib. Hexam. Vipera nequiſsimum genus beſtiæ, & ſuper omnia quæ ſerpẽtini ſunt generis, aſtutior. Vbi coëundi cupiditatem aſſumpſerit, murænæ maritimæ notam ſibi requirit copulam, uel nouam præparat: progreſſaq; ad littus ſibilo teſtificata præſentiam ſui, ad coniugalem amplexum illam euocat. Muræna autem inuitata, non deeſt uenenatæ ſerpenti, expetitos uſus ſuæ impertit coniunctionis. atque ubi aduentare uipera comparem ſenſerit, uenenum euomit, reuerentiam marito deferens. Hieronymus uero ad Præſidium ſcribit, Viperæ per os coitum faciunt. Maſculi mortem contemnunt, ſed fœmina in ipſo coitu, ſiue magna dulcedine exagitata, ſiue futuri præſciens periculi, dum abſorbet ſemen, caput maſculi excidit, & ſic eum occidit. Sed cum conceperit, uiſcera illius ab ipſis quos conceperit, comeduntur, & ſic matrẽ occidunt. À uipero fit uiperinus. na. num. (ἐχίδνιος.) Plinius, È uiperina carne fiunt theriaci paſtil-
»li. Cicero 2. de Finibus, Morſus uiperinus. * Vergilius 3.
» Georgic. Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit.

Vipiōnēs, (γεράνιδες) ſunt minores grues, ſicut pipiones minores columbi. Plinius libro 10. cap. 49. In Balearibus inſulis ait in honore menſarum eſſe uipiones. ſic enim uocant minorem gruem.

Vir, à ui dicitur, quòd ui, hoc eſt potentia præſtet, (ἀνήρ.) Et modò reſpectu ætatis dicitur uir. Plinius, Quod non modò in puero, ſiue adoleſcente, ſed etiam in uiro admiratione dignum uideretur. Modò reſpectu ſexus, ut Eſt ne uir, an mulier? Plinius lib. 10. capite 63. Viros auidiores Veneris hyeme, fœminas æſtate Heſiodus prodidit. Vnde ſemiuiri, (ἡμίανδροι) dicuntur eunuchi, & molles, atque effœminati. Modò reſpectu cõiugij, ut Vnius uxoris uir. Terentius in And. Tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirum. Nec ſolum
» de hominibus, ſed etiam de brutis. Vergilius, Vir gregis
» ipſe caper. Modò reſpectu fortitudinis. Virum enim hominem præſenti excellentiq; animo nũcupamus. Curtius, Exurgite inquit, aliquando, ſi uiri eſtis, atque arma capeſsite.

À uir fiunt, Semiuir, duumuir, triumuir, quinqueuir, ſeptemuir, decemuir, centumuir, leuir: uir potens, uir illuſtris, uir deuotus, uir magnificus, uir ſpectabilis, quæ omnia (ſecundum Priſcia.) ideo compoſita accipiuntur, quia ſub uno accentu pronunciantur.

Virāgo, (ἡ ἀρρενωπὸς γυνή) penult. producta, mulier fortis, quæ uiro ſimilis ſit, & uirilia opera faciat. Plautus in Merc. Rectè ego emero matri tuæ Ancillam uiraginem aliquam non malam, forma mala.

Virĕo. res. uiridis ſum, (θάλλω, χλωραίνομαι, χλοαίνομαι.) Ver-
» gilius libro 6. Quale ſolet ſyluis brumali frigore uiſcum
» Fronde uirere noua. Hinc uirĕſco, uiridis fio, & ſic primã
» ſyllabam corripit, Statius lib. 1. Syluar. Exuit atq; alios melior reuireſcit in annos. Hinc etiam euireſco, (ἀναίνομαι) quod eſt, ſine uiriditate fio. Varro, Atque ex ſanguinibus dolore euireſcat colos.

Vīrēſco, interdum uireſcere, ſignificat maiorum uirium fieri, (κρατοῦσθαι) & ſic primam ſyllabam producit. Verius in
» poëmatis, Hinc creſcũt animi, uireſcit uulnere uirtus.

Vīrētŭm, locus uiriditate plenus, uel ipſæ herbæ uirẽtes. Ver-
» gil. libro 6. Aeneid. Deuenere locos lætos, & amœna uireta
» Fortunatorum nemorum.

Vīrgă, (ῥάβδος) dicta eſt, quòd uim gerat ligando, uerberando ue. À quo nomina fiunt tria diminutiua, ſcilicet uirgella, uirgula, (ῥαβδίον) & uirguncula. Sed uirgula etiam linea dicitur, & uirguncula puella.

Vīrgātŭs, adiectiuum. ut uirgata ueſtis, quæ eſt (ut Iulius Pollux inquit) in qua intexebantur uirgæ purpureæ, hoc eſt li-
» neæ, quas Græci ῥάβδους uocant. Vergilius 8. Aeneidos,
» Aurea Cæſaries ollis, atque aurea ueſtis, Virgatis lucent ſagulis.

Vīrgātŏr, qui uirgis cædit. Plaut. in Aſin. Audaces uiros, ualentes uirgatores.

Vīrgĕŭs. ea. eum, quod eſt factum ex uirgis, (ῥάβδινος.) Ver-
» gil. lib. 1. Georg. Virgea præterea Celei, uiliſq; ſupellex. id eſt uaſa uimine facta.

Vīrgētŭm. ti. locus uirgis conſitus, ad alligandas uites. Cicero 2. de Legib. Sacerdotes, uineta uirgetaq;, & ſalutem populi inauguranto.

Vīrgĭnālĭă, (παρθένια) ſubſtant. uirginitatis ſunt ſigna, ut ait Auguſt. in Quæſt. ſuper Deuteronomium.

Vīrgĭnālĭs. & hoc. le. quod eſt dignum uirgine, aut quod ad uirginem pertinet, (παρθενικός.) Vt uirginalis modeſtia, apud Ciceronem 1. de Diuinatione. Et uirginalis habitus atque ueſtitus, apud eundem 6. Verr. Pro uirgineo quandoque accipitur.

Vīrgĭndēmĭă, collectio uirgarum, ob uerbera, aut ad aliquid uinciendum, (ῥαβδολογία.) Varro in Aga. Quid triſtiorem uideo te eſſe? an ideo quia ſcapulæ metuunt uirgindemiam?

Vīrgĭnĕŭs. nea. neum. quod eſt, aut fuit uirginis, (παρθένιος.)
» Vergilius 1. Georgicorum, At ſi uirgineum ſuffuderit ore
» ruborem.

Virgo, à uiridiori. id eſt ualidiori ætate appellata eſt, (παρθένος.) Vnde & matres ſæpe uirgines dicuntur. Verg. de Paſiphaë, quæ trium liberorum mater erat, Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit? Nunc uero uirgo generis communis, & tam marem quàm fœminam ſignificat, rei ueneræ expertem. Sicut mulier à mollicie dicitur, quæ amplius uirgo non eſt. Cicero (ut refert Quintil. lib. 6. cap. 3.) obiurgantibus, quòd ſexagenarius Popiliam uirginem duxiſſet, Cras mulier erit, inquit. Vlpianus, Quòd ſi ego me uirginem emere putarem, cum eſſet mulier, emptio non ualebit. Veteres etiã omne incorruptum & intactum, uirginem dixerunt. Cicero in Ora. Philoſophia, caſta, uerecunda, incorrupta uirgo. Et Auguſtinus ſaliuam uirginem dixit, quæ nondum cibo potuq; corrupta fuit. Dicit enim, Quanta ſit orandi differentia inter uacuum uentrem, & refertum, inter rubentem faciem, & ora pallentia, inter ſaliuam uirginem, & labra crapulis diſſoluta. Et de equabus dicitur. Plin libro 28. cap. 9. Item equarum, præterquam uirginum erodit, emarginat, ulcerat. Hinc uirginitas, caſtitas, caſtimonia. Cic. de Natura deorum, Minerua patrem ſuum dicitur interemiſſe, uirginitatem ſuam uiolare cupientem.

Vīrgūltŭm, multitudo uirgarum pullulantium, (φρύγανον, ῥῶπες.) Verg. 1. Georg. Quæcunq; premes uirgulta per agros,
» Sparge fimo pingui.

Vīrgūncŭlă, (παρθενισκάριον) diminut. accipitur pro parua puella, & pro parua uirga.

Vĭrĭātŭs, magnarum uirium, obſoletum eſt, (ἰσχυρός.) Lucilius, Contra flagitium neſcire bello uinci à barbaro uiriato Annibale.

Vĭrĭă, ſiue Viriola, ornamentum colli, è gemmis uiridibus, ut quidam uolunt. Iabolenus in l. medico. de auro & argento leg. Funerari me arbitrio uiri mei uolo, & inferri mihi quæcunque ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & uiriolas ex ſmaragdis.

Vĭrĭcŭlæ, (ἰσχύες) diminut. à uiribus, hoc eſt puſillæ uires. Dicimus etiam uiriculas patrimonij puſillum matrimonij, ſiue facultatulam.

Viriculum,genus teli in bello Perſico inuenti, quod alij uericu
lum uocant.dicitur & betonica,à Grecis κίσρον dicitur.

Viridarium,locus in quo ſunt herbæ,& plantæ uirentes,& a-
mœnitate refertus, (ἀλωή.) Suetonius in Tyberio,Militem
prætorianum ob ſurreptum è uiridario pauonem capite
puniuit.

Viridarius, adiectiuum : unde uiridarij ſerui ab Vlpiano Iu-
reconſulto dicuntur, qui hortos curant, & eorum curam
habent.

Viridia,dicuntur prata,ſeu horti arboribus conſiti,uoluptatis
cauſa comparati,(θαλλῆ.)

Viridicatus.ta.tum. χλωρός. Cicero ad Qu. fratrem, Equidē
hoc quod melius intelligo, affirmo mirifica ſuauitate te uil-
lam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, &
ſylua uiridicata.

Viriditas,uide Viror.

Viridis.& hoc.de.(χλωρὸς,θαλλὸς) à uigore dicitur.Vnde di
cimus uirides plantas, quæ nondum aruerunt, & in uigore
ſuo ſunt. Et quoniam in his herbaceus color eſt, eum etiam
» colorem uiridem dicimus. Vergilius,Iam ſenior, ſed cruda
» Deo,uiridisq; ſenectus. Idem lib.5.Viridiq; iuuenta. Et lib.
» 8.Viridiq; in littore conſpicitur ſus.

Virido.das.uiridem facio,à quo uiridās,quod eſt uiride,(χλω-
είζων.) Plinius libro 37.cap.8. Viridantium & alia plura
ſunt genera.

Virilis,& hoc le.pen.prod,(ἀνδρικὸς,ἄνδρῶος) quod eſt uiri,ut
opus uirile.Plin.lib.10.cap.55. Liuia Auguſta parere ſexū
uirilem admodum cupiebat. Aliquando dicitur fortis, ma
gnanimus. Terent.in Phor. Animo uirili, præſentiq; ut ſis,
para. Pars uirilis.id eſt uires,animi fortitudo.Cicero 5.
Verr. Qui præſertim plus etiam quàm pars uirilis poſtulat,
pro uoluntate Pop. Rom. oneris ac muneris ſuſcipere debe-
ant.Pro uirili parte.id eſt pro uiribus. Cic. pro Seſtio, Hæc
qui pro uirili parte defendunt, optimates ſunt. Hinc uiri
liter aduerb.fortiter, & magno animo. Cic.2.Tuſc. Aegro
tare uiriliter nequeunt.

Virilia,tantum pluraliter,uerenda,pudenda.Plin.lib.21.cap.
27. Et in totum ad uirilia, cauliculis eius uino & aceto tri-
tis,nihil utilius putant.

Virilitas.atis.idem Martial.lib.9. Non puer auari ſectus arte
» mangonis, Virilitatis damna mœret ereptæ.

Viripotens,cum accentu in antepen.(ὡραία) dicitur à Plauto
in Perſa uirgo,quæ annos pubertatis exceſſit,& quæ iam ui
rum ſuſtinere poteſt.

Viritanius ager,qui uiritim populo diuidebatur.

Viritim, aduerbiū,ſignificat per ſingulos uiros, (κατ᾽ ἄνδρας.)
Cato,Præda quæ capta eſt,uiritim diuiſa. Dicitur etiam de
» uno uiritim.Horat. in Epiſt. Quod legeret,terreretq; uiri-
» tim publicus uſus. Curtius, Si quis uiritim dimicare uellet,
prouocauit.

Viro.ras.fortifico,(ἀνδρόω.) A quo, Euiro,de quo ſuprà.

Viror,& uiriditas,ſunt eiuſdem ſignificationis,(χλωρότης.)Ci
cero de Senect. Viriditas pratorum. Translatè ponitur pro
ui & fortitudine. Idem de amicitia, Senectus aufert eam ui
riditatem,in qua etiam tum erat Scipio.

Viroſa mulier,(φίλανδρος γυνὴ)dicitur quæ uiri appetens eſt,
ſicut mulieroſus,uir mulieris appetens. Et uiroſi loci à Cato
ne dicuntur,qui coitum uiri affectant. Et ſic habet primam
correptam. Lucil.lib.7. Vetulam atq; uiroſam uxorem cæ-
dam potius,quàm caſtrem egomet me.

Viroſus.ſa.ſum.à uiris fit,& habet primam productam,ſigni-
ficatq; quod eſt mali odoris, & quandoq; quod eſt mali ſapo-
» ris,(βρωμώδης.) Verg.Viroſaq; Pontus Caſtorea. Conſtat
enim caſtoreum fœdi, & execrandi odoris eſſe adeò,ut præ-
gnantes odore eius eijciant fœtum. Seruius tamen ibi inter-
pretatur uiroſa,id eſt uenenata. Var. Rancidā carnem ap-
poſuit nobis & uiroſam.id eſt mali ſaporis. Poteſt etiam dici
uiroſus,(ἰσχυρὸς) pro forti,à uiribus.

Virtus,(ἰσχὺς, δύναμις) à uiro dicta eſt,teſte Ci.2.Tuſ.quæſt.
& propriè fortitudinem ſignificat,quòd uiri maximè fortitu
» do ſit,ſiue quòd uir fortis dicitur.Verg. Tunc pudor incen-
» dit uires,& conſcia uirtus. Lactantius lib.de Opificio Dei,
Vir nominatus,quòd in eo maior uis eſt,quàm in fœmina,&
hinc uirtus nomen accepit. Vnde cum uirum dicimus, non
tam ſexum ſignificamus, quàm robuſtum & fortem. Viri e-
nim propria uirilitas eſt & robur. Et tunc definitur uirtus,
quòd ſit perferendorum malorum,forti atq; inuicta patien-
tia. Quoniam autem fortitudo cæteris uirtutibus antecel-
lit,factum eſt, ut rectè animi affectiones, uirtutes appellen-
tur. Sic quicquid uitio contrarium eſt,uirtus dicitur,quæ ſic
definiri ſolet: Virtus eſt affectio animi conſtans,conueniens
que,laudabiles efficiens eos in quibus eſt: & ipſa per ſe ſpon-
te ſeparata etiam utilitate laudabilis. Horatius, Virtus eſt
uitium fugere,& ſapientia prima. Ariſtoteles, Virtus eſt ha
bitus electiuus in mediocritate conſiſtens. Seneca, Virtus nō
aliud quàm recta ratio eſt. Auguſtinus libro 4.Ciui. Virtus
à ueteribus definita eſt,ars bene recteq; uiuendi. Vnde ab eo
quòd Græcè ἀρετὴ dicitur, uirtus nomen artis Latinos tra-
duxiſſe putauerūt. Virtutem antiqui Deam fecerunt, quam
Auguſtinus non eſſe deam,ſed donum Dei aſſerit. Luci-
lius de Virtute,

» Virtus, Albini eſt precium perſoluere uerum.
Virtus eſt, homini ſcire id quod quæq; habeat res.
Virtus, ſcire homini quidnam utile,quid ſit honeſtum.
Quæ bona, quæ mala : itē quod inutile,turpe,inhoneſtū.
Virtus quærendæ finem rei ſcire modumq;.
Virtus diuitijs precium perſoluere poſſe,
Hoſtem eſſe atq; inimicum hominum morumq; malorum.
Contrà defenſorem hominum morumq; bonorum,
Hos magnifacere,his bene uelle,his uiuere amicum,
Commoda præterea patriæ ſibi prima putare.
Deinde parentum,tertia iam,poſtremaq; noſtra.

Aliquando uirtus dicitur uis illa, qua res, cuius eſt uirtus,
perfecta redditur. δύναμις. Cicero libro 5. de Finibus, At-
qui in ſenſibus eſt & ſua cuiq; uirtus. Quintilianus libro 4.
cap.2. Sunt quidem hæ, quas ſuprà retuli, uirtutes aliarum
quoq; partium. Aliquādo pro ope & auxilio. Plaut. Deum
uirtute eundem hoſpitio accipiam. Aliquando pro meri-
to. Idem in Moſtella, Virtute formæ id uenit,ut deceat quic
quid habeas.

Virulentus,qui eſt plenus ueneno, (ἰώδης) Gell. lib.16.cap.11.
Vt ſerpentium uirulentorum domitores ſint.

Virus,(τὸ βρωμῶδες, τὸ δυσῶδες)indeclinabile,& generis neu
tri,quod & uirus, ri. apud Antiquos, ſicut uulgus, gi. dici-
» tur. Lucretius, Liquit enim ſupra tetri primordia uiri. Et
propriè ſignificat aſperitatem odoris in homine iam adulto,
quippe talis odor in puro non eſt, nec ante coitum mulieris.
Plinius, Prodeſt & ad uirus alarum. Idem, Signum eſt uer-
nis temporibus odoris uirus. Dicitur quoque de graui re-
rum aliarum odore. Hinc apud Columellam, Virus pa-
ludis, pro tetro odore paludis. Et apud Plinium de baſili-
ſco. Huic tali monſtro muſtellarum uirus exitio eſt.id eſt ne-
cant eos odore. Aliquando ſignificat aſperitatem ſapo-
ris. Idem, Aqua marina uetuſtate uirus deponit.id eſt ama-
ritudinem illam & ſalſedinem. Idem, Virus mali medici. id
eſt acor & amaritudo. Aliquando aſperitatem coloris.
Idem de ſanguine purpuræ, Tum ſuperadditum decoquitur
uirus. Aliquando genituram. id eſt humorem, qui è genita
libus fluit. Idem libro 28. cap.11. Virus uerrinum è ſcropha
à coitu exceptum, priuſquam terram attingat, grauitati au-
» rium prodeſt. Aliquando uirtutem naturalem. Lucret.
» libro 2. Concoctosq; ſuo contractus perdere uiro. Plinius de

Mag-

Magnete, Sola hæc materia uirus ab eo lapide accipit, retinetq́ longo tempore, aliud apprehendens ferrum. Aliquando uirorem, ſeu herbas uirentes. Statius lib. 1. Syl. Atque omne benignè Virus odoriferis Arabum quod creſcit in aruis. Plerunq́ uirus, (ἰὸς) pro ueneno ponitur. Vergilius, Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris.

Vīs, huius uis, accuſatiuo uim. ἰσχὺς, δύναμις. Pluraliter, uis, accuſatiuo uis, uocatiuo uis, apud Veteres. Salluſtius libro 3. Hiſt. Male iam aſſuetum ad omnes uis controuerſiarum. Nunc ab antiquo ſingulari dicimus hæ uires, uirium, uiribus. Ponitur autem uis pro uirtute. Salluſtius, Sed omnis noſtra uis in animo & corpore ſita eſt. Aliquando pro poſsibilitate, ſeu fortitudine. Vergilius 1. Aeneidos, Non ea uis animo, nec tanta ſuperbia uictis. Aliquando pro uiolentia. βία. Idem 2. Aeneidos, Fit uia ui, rumpunt aditus. Hinc uiolo. as. Aliquando pro multitudine ac copia. πλῆθος. Liuius, Magna uis ex Sicilia aduecta. Salluſtius, Secunda tempeſtate ex Ponto uis piſcium erupit. Aliquando pro celeri impetu. φορά.

Vīſcĕrārī, Veteres dixerunt carnem populo diſtribuere. κρεανομεῖν.

Vīſcĕrātīm, aduer. ſignificat per uiſcera. κρεουργηδόν. Ennius in Andria, Diſsipat uiſceratim membra.

Vīſcĕrātio, (κρεανομία) crudæ carnis diſtributio, quæ fieri ſolebat uel in ſolenni feſtiuitate, uel in funere alicuius excellentis perſonæ. Gellius, Tum in Albano uiſceratio Latinis data. Liuius libro 8. Et populo uiſceratio data à M. Flauio in funere matris. Seruius, Viſceratio eſt caro, à uiſcere nomine deducta.

Vīſcōſŭs. ſa. ſum. quod eſt tenax. γλοιώδης. Dicitur etiam uiſcidum

Vīſcŭs. ſci. & uiſcum, (γλοιὸς, ἰξὸς) glutinum, quod ad aucupium pertinet. Nam uiſco, propter eius tenacitatem aues captantur. Horatius in Sermonib. Summus ego & prope me uiſcus turrinus. Plautus in Bacchid. Viſcus merus ueſtra blanditia eſt. Plinius libro 16. capite 44. Viſcum fit ex acinis, qui colliguntur meſsium tempore immaturi. Eſt & uiſcum frutex, qui ex turdorum potiſsimum fece ſuper arborum quarundam ramis delapſa, & à ſole cum humiditate quadam feruefacta naſcitur: uiret autem per totam hyemem. Vergil. 6. Aeneid. Quale ſolet ſyluis brumali frigore uiſcum Fronde uirere noua, quod non ſua ſeminat arbos. De hoc uiſco, uide Plinium libro 16. cap. 44. Et uiſcum antiqui dicebant eſſe rete, à tenacitate. Vergilius 1. Georgic. Tum laqueis captare feras, & fallere uiſco Inuentū, & magnos canibus circumdare ſaltus. De feris enim hic proculdubio, non de auibus loquitur Vergilius. A uiſcus fit adiectiuum uiſcatus, uiſco oblitus. Varro 3. de re Ruſtica, cap. 7. Quos columbarij interficere ſolent, duabus uirgis uiſcatis defixis in terram inter ſe curuatis. Viſcata munera, et hamata pro eodē, hoc eſt quibus maiora attrahuntur, quàm quæ dantur. Plinius Epiſt. 207. Hos ego uiſcatis, hamatiſq́ muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere. Hinc fit inuiſco. ſcas, quod eſt uiſco inficio. * In Horatiano carmine Viſcus proprium nomen uiri eſt, non glutini.

Vīſcŭs. ſceris. (σπλάγχνον) caro non tantum inteſtina, ſed quicquid ſub corio eſt. id eſt caro quæ eſt inter oſſa & cutem. Vnde & uiſceratio dicitur conuiuium de carnibus factum. Vergilius, Tergora diripiunt coſtis, & uiſcera nudant. Idem 3. Aeneid. Interdum ſcopulos, auulſaq́ uiſcera montis Erigit eructans. Vbi Seruius, Viſcera, id eſt partes. Sic autem dixit uiſcera, quemadmodum lapides terræ oſſa dicuntur. Hinc euiſcero. ras. quod eſt, uiſcera extraho. ἀποσπλαγχνίζω. Vergilius libro 11. Compreſſamq́ tenet, pedibusq́ euiſcerat uncis.

Vīſĭbĭlĕ, (ὁρατὸν, θεατὸν) quod uideri poteſt: ſicut inuiſibile, quod uideri non poteſt. Plinius libro 11. capite 37. Oculi, ceu uaſa quædam, uiſibilem animi partem accipiunt, atque tranſmittunt.

Vīſĭto. tas. (ἐπισκέπτομαι) frequentatiuum eſt à uiſo, à quo fit uiſitatio, quæ propriè ad officium pertinet. Plautus in Curcul. Ibi me interrogat, Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam ſi nouerim? Dico me nouiſſe, Quid lenonem Cappadocem? annuo uiſitaſſe. Hinc uiſitaſſe, pro ſæpe uidiſſe capitur: ſicut in Epid. Noſcito hanc: nam uideor, neſcio ubi me uidiſſe prius. Eſt ne ea, an nō eſt, quam animus retur meus? Dij boni, uiſitaui ante hac, certè ea eſt.

Vīſō opus eſt, (ὁρᾶν δεῖ) ſignificat, oportet uidere.

Vīſo. ſis. ἱστορέω, ἐπισκέπτομαι, ἐπισκοπῶ. ad uidendum eo. Cicero ad Attic. Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam, reliquamq́ Aegyptum uiſere. id eſt ad uidendum ire. Terentius in Hecyra, Non uiſam uxorem Pamphyli, cum in proximo ſit ægra? Illud uero in Andria, Id uiſo, tu'ne an illi inſaniant: exponit Donatus, ad uidendum uenio. Aliquando ponitur pro uideo tantum, præſertim quando iungitur cum eo, is, aut uenio. Plautus in Rudent. Nunc huc ad Veneris Fanum uenio uiſere, rem diuinam facturum ſe dixerat. Terentius in Hecyra, Poſtquam accerſiuit ſæpius, ægram ſimulant mulierem, noſtra illico It uiſere ad eam, admiſit nemo. Et in Phormione, Vultis'ne eamus uiſere? In compoſitis etiam, Terentius in Andria, Reuiſo, quid agant. Redeo (inquit Donat.) ut uideam, quid agant. Et in Adelphis, Hera ego hinc ad hos prouiſam, quàm mox uirginem accerſant. Prouiſo, inquit, duas res ſignificat, procedo & uideo. Plaut. in Menæchmis, Prouiſam, quàm mox uir meus redeat domum. Similiter uiſo, uideo ſignificat, quando iungitur his ablatiuis, gratia, cauſa, ſtudio, & huiuſmodi. Salluſtius, Multi autem qui è caſtris uiſendi, aut ſpoliandi gratia proceſſerant, uoluentes hoſtilia cadauera, amicum alij, pars hoſpitem, pars autem cognatos reperiebant. Terentius in Hecyra, Ne mittas quidem uiſendi cauſa quenquam. Vergilius, Vndiq́ uiſendi ſtudio Troiana iuuentus Circumfuſa ruit. Ex quibus datur intelligi, hoc uerbum non eſſe deſyderatiuum, ſicut multi putant, ſed magis exercitatiuum. Nam ſi uiſendi, pro deſyderio uidendi in iſtis ſumeretur, ſenſus eſſet ineptus, & gratia, cauſſa, ſtudio, quæ cum pro deſyderio capiantur, ſuperflua forent. A uiſo fiunt compoſita, Circumuiſo, inuiſo, (ἐπισκέπτομαι) prouiſo, reuiſo. Inuenitur & paſsiuum uiſor, in tertijs potiſsimum perſonis. Cicero 6. in Verrem, Cupidinem fecit illum, qui eſt Theſpijs, propter quem Theſpiæ uiſuntur. Idem de Officijs, Domus Cn. Octauij uulgò uiſebatur.

Vīſŭm eſt faciendum, facere, (ἔδοξε) modus dicendi: ut, Viſum eſt facere, ut te admonerem, quod eſt, putaui te admonendum.

Vīſŭs. us. & uiſio. onis. ipſe uidendi actus. ὄψις. ſicut guſtus, pro actu guſtandi. Vergilius, Horrendum uiſu. Ponitur interdum pro eo quod uidetur. Idem lib. 7. Ritè ſecundarent uiſus. Viſiones autem. φαντασίαι & φαντάσματα dicūtur. Quintilianus lib. 6. cap. 2. Quas φαντασίας Græci uocant, nos ipſi Viſiones uocamus, per quas imagines rerum abſentium ita repræſentātur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere uideamur. Viſio enim modò ſignificat inſpectionem. Apuleius, Ciuitas cuncta uacuatur ſtudio uiſionis. Modò id quod in ſomnis uidetur, ut inquit Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis, quando eodem modo quo apparuerat, eueniet, Græcè ὄραμα uocant. Præterea uiſa ſomnia dicuntur & nocturna, ſiue etiam diurna. φαντάσματα. quæ etiam uigilantibus apparent. Verg. Hoc uiſum nulli, nō ipſi effata ſorori eſt.

Vītă, (βίος, ζωὴ) à uiuo. is. & modò animam ſignificat, ſine qua nemo uiuit. Et hæc triplex eſt, Seminalis, quæ & uegetatiua di-

Haec odiosa mihi uitiligo est inquit Festus

ua dicitur, & nobis cum arboribus communis eſt. Senſualis, quæ cum pecoribus: Intellectualis, quæ cum ſolis angelis. Modò denotat mores. Terentius in Adelphis, Inſpicere tanquam in ſpeculum uitas hominum iubeo. Cicero libro 2. ad Herennium, Deinde uita hominis ex antè actis ſpectabitur. Modò alimentum, ſeu uictum. Terentius, Eadem quippe homo iam grandior, cui opera uita erat. Modò ſpacium uiuendi. Terentius, Nam tua quidem Hercle hæc uita certè expetenda atque optanda eſt. Variatur in plurali. Cicero, Serpit per omnium uitas amicitia. Mea uita, blandientis uox eſt. Cicero ad Terentiã lib. 14. Obſecro te mea uita, quod adſumptum attinet, &c. À uita fit euitare, quo uſus eſt Cic. in Tuſculanis quæſtionibus.

Vitābūndŭs, idem quod uitans. ἀλαβέμενος. Salluſt. Marius uitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum peruenit.

Vītālĭs, & hoc le. quod uiuere poteſt, uel quod uiuit, aut quod uitam præſtat. βιώσιμος, ζώσιμος, ζωτικός. Vergil. 1. Aeneid. » Auras uitales carpis. id eſt aëra, quo uiuimus. Hinc uitalitas, pro uita, & uitali motu. Plin. li. 11. cap. 37. Cæteris corruptis uitalitas in corde durat.

Vĭtĕllŭs, à uita dictus eſt, oui pars rubra, quòd ex eo uiuat pullus. λέκιθος, τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ. ipſum enim animal ex albo liquore oui corporatur, cibus eius in luteo, hoc eſt in uitello. Horatius in Sermonib. Quatenus ima petit uoluens aliena uitel» lus. Martialis libro 13. Candida ſi croceos circumfluit unda » uitellos.

Vĭtellīnŭs, adiect. Cicero ad Pætum lib. 9. Integram famem ad ouum affero, ita uſq; ad aſſum uitellinum opera perducitur. Quidam à uitello deductum eſſe uolunt, alij à uitulo, ut ſit genus edulij, quo ueteres menſas claudebãt: nam ab ouis eas incepiſſe certum eſt.

Vitās, fruticis genus, Græci ἄγνον uocant. id eſt caſtum, uulgus herbariorum agnum caſtum uocat, utraq; uoce idem ſignificante. uide Plin. lib. 24. cap. 9.

Vĭtĭārĭŭm, uitium ſeminarium. ἀμπελών. Columella libro 3. cap. 5. Vitiarium neque ieiuna terra, neque uliginoſa faciendum eſt: ſuccoſa tamen ac mediocri potius, quàm pingui. Et paulo ſuprà, Cui uineta facere cordi eſt, præcipuè caueat, ne alienæ potius curæ, quàm ſuæ credere uelit, ne'ue mercetur uiuiradicem, ſed genus ſurculi probatiſſimum domi conſerat, faciatq; uitiarium, ex quo poſsit agrum uineis ueſtire. Et uitiarium, locus in quo ſunt uites. ἀμπελόφυτον. ſicut pomarium, ubi ſunt poma. Varro libro 1. de re Ruſtica, Ideo in uitiario primitus cum exit uitis, tota reſecari ſolet, ut firmiore ſarmento è terra exeat, atque in pariendis colibus uires habeat maiores.

Vĭtĭcŭlă, diminut. à uite. ἀμπελίς. Verg. in Diris, Dulci nam» que tumet nondum uiticula Baccho. Cic. 3. de Nat. deorum, At enim minora Dij negligunt, neq; agellos ſingulorum, nec uiticulas perſequuntur.

Vĭtĭcŭlŭs, (κλημάτιον) capreolus uitis, flagellum, & clauiculus, ut ſunt flagella etiam cucurbitarum & ſimilium. Plinius libro 24. capite 11. Frutex eſt folio hederæ minus, mollior tamen, & longis uiticulis. Alij uolunt neutri generis eſſe uiticulum.

Vĭtĭfĕr, adiecti. quod fert uites, ſiue in quo proueniunt uites. Martialis libro 13. Hæc de uitifera ueniſſe picata Vienna Ne dubites, miſit Romulus ipſe mihi.

Vītĭgĭnĕŭs. ginea. neum. quod ex uite fit. ἀμπέλινος. ut uitigineum ſimulachrum. Columella libro duodecimo, capite 16. Alij folijs uitigineis, nonnullis plataninis ſemiuietas uuas contegunt.

Vĭtĭlĭă dicuntur, quæcunq; ſic lenta ſunt, ut commodè flecti poſsint. λύγοι. à uinciendo dicta: ut uitex, uitis, uimina uiticula. Plinius lib. 19. cap. 5. Cucurbita omni modo faſtigiatur uaginis maximè uitilibus. Idem, Non multum à ſalice uitilium uſu diſtat.

Vĭtĭlīgo, totius corporis uitium eſt. λευκή. Nam uitiliginem faciunt diuerſi coloris maculæ, per omnia membra diſperſæ. Dicta uitiligo, uel à uitio, uel à uitulo, propter eius membranæ candorem, qua naſcitur inuolutus. Et hanc maculã Græci ἀλφὸν (unde nos album dicimus) appellãt, ut inquit Feſtus, allegans Lucilium. Hæc odioſa mihi uitiligo eſt, unde dolet, inquit. Sed Celſus uitiliginem eſſe dicit herbam, quæ ἀλφὸς dicitur, quia alba, cum & alia quoque ſit guttis diſperſa, quæ melas à colore nigro dicitur, utraq; tamẽ ſerpit. Ob hanc igitur ſimilitudinem, uitiliginem magis dictam puto. Non enim hæc herba, ſiue uirgultum (ut ait Feſtus) à uitulo, uel à uitio, ſed à uite nuncupatur: cuius natura eſt, ut ſine adminiculo ſtare non poſsit. De morbo ſic meminit Apuleius in Magia, Cum caro in humorem craſſum & ſpumidum inimico igni colliquefacit, & ſpiritu in idem parto ex candore compreſsi aëris albida, & humida tabes fluit. Tetra nanque tabes ſi foras è poris proſpirauit, maiore dedecore, quàm noxa diffunditur, pectoris primorem cutem uitiligine inſignit, & omnibus maculationibus conuariat. Plinius libro 10. capite 15. Ferunt eos qui quotidie edunt caparim, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix » eius uitiligines albas tollit. Martialis libro 3. linguæ uitiliginem dedit per quandam ſimilitudinem, cum inquit, Scabros dentes, uitiliginemq; linguarum, quas in ſola quidem ciuitate contraxerat.

Vĭtĭlĭtĭgātōrēs, dicti ſunt uitioſi litigatores, hoc eſt alienorum operum calumniatores, obtrectatores. συκοφάνται. Plinius in præfatione Hiſtoriæ mundi, Ergo ſecuri etiam contra uitilitigatores, quos Cato eleganter ex uitijs, & litigatoribus compoſuit. quid enim illi aliud, quàm litigant, aut litem quærunt?

Vĭtĭlĭtĭgo. as. penultima correpta, obſtrigilo, carpo, criminor, damno, mordeo. συκοφαντέω. unde uitilitigatores. Plinius in Prologo Nat. Hiſt. Scio ego quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palàm proferantur, multos fore qui uitilitigent. ✻ In hoc Plinij loco aliqui legunt, inuiti legent: quam lectionem Beroaldus in Caligula Suetonij reijcit. Scodrenſis uero probat & tuetur.

Vĭtĭo. as. corrumpo, deſtruo. κατασχύνω. Plautus in Prologo Aulul. Eius filiam Lyconides uitiarat. διεκόρησε, διέφθειρε, ἐλώβησε. Nam uitiatam uirginem dicimus, cum pudicitiam amiſit. Et uitiare, eſt fœdare. κακῶσαι. Apuleius, Vtroq; oculo uitiatus. Hinc corpore uitiatos dicimus, qui cæci, uel manci, uel claudi nati facti'ue ſunt. Hinc uitiatio, corruptio. Vitioſitas uero, uitium dicitur.

Vitio dare, aut uertere, eſt culpare, uituperare. ἐγκαλεῖν, δι' αἰτίας ἔχειν. Terentius in Andria, Nunc quam rem uitio dent, quæſo, animum aduortite. Et paulò poſt pro eodem: Id iſti uituperant factum.

Vĭtĭōſŭs, adiectiuum, uitijs plenus, deprauatus. Cic. ad Attic. lib. 1. Ille alter uitio uno minus uitioſus, quòd iners, quòd ſomni plenus, quòd imperitus, &c. Hinc uitioſè aduerbium, malè, corruptè. Quint. lib. 4. cap. 1. Vitioſè in ſcholis facimus, quòd exordio ſic utimur.

Vĭtĭōſī magiſtratus, dicuntur uitio creati. Vnde apud Liuium legimus Expugnatum eſſe, ut uitioſus dictator per augures fieret. Cicero in Philip. 2. Vitioſum conſulem appellat. hoc eſt uitio creatum ex augurum diſciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur cauſſa magiſtratuũ creandorum, ſolebant augures de cœlo obſeruare, ſi aut fulmen uidiſſent, aut tonitrua audiuiſſent. Qua re per aurgures nunciata, illi magiſtratus uitio creati eſſe dicebãtur, & ita ſe abdicare cogebantur.

Vĭtĭōſĭtās, (κακία) ut Cicero libro quarto, Tuſcul. inquit, eſt habitus, aut affectio in tota uita inconſtans, & à ſeipſa diſſentiens.

Vitis

Vitis, à uino dicta, quòd ferat uinum. ἄμπελος. Varro lib. 1. capite 31. Et uitis eo, quòd inuitet ad uuas percipiendas, dicta primò uidetur. Erat & uitis geſtamen centurionis, non carnificis, aut lictoris. Honorificentior enim pœna, quæ à Centurione, quàm quæ à lictore eſſet illata. Vnde Iuuenalis » Satyra 8. Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitem, Si » lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Vitiſco, eſt uitis fio. Columella libro de Arboribus, cap. 7. Reliquas gemmas quæ in terra abſconduntur, exceptis quatuor imis, fac adradas, ne in ſumma radice uitiſcat. * Locus Columellæ ſic emendatè & rectè legi debet. Reliquas (ſcilicet gemmas) quæ in terrã abſconduntur, exceptis quatuor imis, fac abradas, ni in ſummo radices uitis citet. Eſt autem citare radices, idem quod prouocare, prolicere, euocare. Colum. ibidem: Vt ex ijs radices citentur.

Vitium propriè dicitur, quod uirtuti opponitur. κακία. à uito, quòd uitandum ſit ac fugiendum. Cicero de Finib. 3. Virtutibus igitur inquit, rectiſsimè mihi uideris uitia poſuiſſe contraria. quod enim uituperabile eſt per ſeipſum, ideo ipſo uiti» um nominatum puto. Horatius in Epiſt. Virtus eſt, uitium » fugere. Aliquando dicitur error. σφάλμα. Plin. Librum uitijs plenum. Aliquando morbus, (ἔλλειμμα.) Quamuis ab inuicem ſeparentur, quòd morbus ſit habitus quidem cuiuſcunq; corporis contra naturam, qui uſum eius facit ad id deteriorem. Vitium uero, perpetuum corporis impedimentum, ut cæcitas, claudicatio, uecordia. Et ſic uitiũ non tantum ad animum, ſed etiam ad corpus refertur. Et non ſolum in homine, ſed in alijs quoq; rebus dicitur. Cicero Pæto, Si nihil eſt in parietibus, aut tecto uitij, cætera mihi probabũtur. Poteſt tamen qui morboſus eſt, etiam uitioſus dici, ſed non è contrario Equus mordax & calcitroſus, uitioſus, non morboſus eſt. Claudus uero aliquo actu factus, & morboſus, & uitioſus dici poteſt. Ponitur aliquando pro culpa. Cicero 4. Acad. Huc ſi perueneris, me tibi primum quidque concedente, meum uitium fuerit. Aliquando pro ſtupro, unde offerre uitium uirgini, pro uitiare uirginem, dixit Terentius in Hecyra. Vitium facere dicuntur ædificia, dum corruunt, & damnum patiuntur. Ponere in uitio, eſt ſumere in malam partem. Cicero 3. Tuſcul. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala cõſuetudine loquendi in uitio ponitur. * Corripit primam, contra primitiui naturam, quia Vito producitur.

Vito.as. (ἀλαβοῦμαι, φυλάττομαι, φεύγω, ἐξίσταμαι) caueo, imò plus eſt quàm caueo, & à ui deducitur, quaſi ui auertere, à quo uitium dictum. Cice. 3. in Ver. Nam eum qui palàm eſt aduerſarius, facile cauendo uitare poſsis. Seipſum uitare, eſt non ſibi conſtare, uel ſibi diſplicere propter ſcelerum conſci» entiam. Horat. 2. Serm. Saty. 7. Teq; ipſum uitans fugitiuus » ut erro. Cuius compoſita ſunt, Deuito, euito, perfectè uito. Lactant. Sic hominem pœnitentem, cautũ ac diligentem facit ad euitanda peccata, in quæ ſemel fraude deciderit: & habent penultimam productam.

Vitrĕōlŭm, herba muralis, quæ mirum in modum uaſa confricata purificat.

Vitrĕŭs, adiectiuum, quod ex uitro eſt. ὑάλινον. ut, uitreæ ampullæ, apud Plinium libro 20. cap. 14. Significat & id quod uitri colorem refert: ut, fons uitreus, apud Plinium Epiſtola 161.

Vitrĭārĭŭs, uitrorum factor. ὑαλουργός.

Vitrĭcŭs .i. matris meæ maritus. Cic. ad Att. lib. 15. Vitricus quidẽ nihil cenſebat, quẽ Aſture uidimus. Vide Victricus.

Vitrĭŏlŭm, (ὑαλίδιον) paruum uitrum. Significat etiam atramenti ſpeciem & chalcitidem.

Vitrōſŭs, quod abundat uitris, uel uitrum habet. ὑαλώδης.

Vitrŭm, materia translucida, quæ ex arena et cinere percoctis » fieri dicitur. ὕαλος. Plin. lib. 36. cap. 16. * Ouid. 13. Metam. » Splendidior uitro, tenero laſciuior hœdo. Vergil. 4. Luctus » Ariſtæi, uitreisq; ſedilibus omnes.

Vittă, faſcia, qua circũ caput antiqui, uel crines, uel ſerta, aut flores, aut quiduis aliud religabãt. ταινία. Verg. 2. Aeneid. » Et ſalſæ fruges, & circũ tempora uittæ. Vbi Seruius, Vittæ quibus uictimæ coronabantur. Hinc uittatus, adiect. Plin. li. 7. cap. 30. Vittatam nauem Dionyſius tyrannus Platoni miſit obuiam.

Vitŭlă, uacca uiridioris ætatis, (ἡ μόσχος) Verg. Eclo. 3. Ego hanc uitulam ne fortè recuſes, Bis uenit ad mulctram.

Vitŭlārī, Veteres uſurparunt pro uoce lætari. Et uitulantes, dicũtur lætantes: & uitulatio, lætitia. Quoniam eam ueram uitam putabant, quæ in ſumma lætitia ac tranquillitate degeretur. Varro lib. 15. Rerum diuinarum, Pontifex quibuſdam ſacris uitulari ſolet, quod Græci παιανίζειν dicunt. Hinc uiuere ſæpenumero ponitur, pro lætam uitam agere.

Vitŭlŭs, (μόσχος) à uitulando, id eſt laſciuiendo. Cicero 2. de Inuent Et uituli immolatione. Et dicitur non modò de bobus genitis, ſed etiam ex alijs quadrupedibus maioribus. Plinius de elephantis. Atque ita ſalutato ſydere, in ſyluas reuertun» tur, uitulorum fatigatos præferentes. Vergilius ad equos tranſtulit, Iam uitulos hortare, uiamq; inſiſte domãdi. Quin etiam ex piſcibus. Plinius de balænis, Irrumpunt orcæ in ſecreta, & uitulos earum ac fœtus lacerant morſu. Vitulus etiam nomen piſcis eſt, (φώκη) ſiue potius maris bellua eſt, corio & pilis tecta, quæ & phocas dicitur: parit in terra pecudum more. Vituli autem nomen accepit, quòd illi in ſomno mugitus ſit, nullumq; animal (teſte Plinio libro 9. ca. 13.) grauiore premitur ſomno. Hinc uitulinus adiectiuum, quod ex uitulo eſt: ut, Vitulina caro, apud Plautum in Aulularia.

Vitŭpĕrĭŭm, idem quod uituperatio. ψόγος. Cice. Vel etiam à uitio dictum uituperium.

Vitŭpĕro.as. uitio aliquid do, quaſi uitium paro. ψέγω, μωμᾶομαι. Terentius in Andr. prolog. Id iſti uituperant factum. Hinc etiam uituperatio, quæ ſi cum uerbo uenio, uel ſimilibus iungatur, paſsiuè accipitur. Cicero, Vt propter eum in ſermonem hominum, atque in tantam uituperationem ueniret. Inuenitur datiuo iunctum. Plaut. in Caſſin. Cur omine malo uituperat malo? Hinc uituperabilis, & le. dignum quod uituperetur. Cicero 3. de Legibus, Iſto quidem modo uel conſulatus uituperabilis eſt. Producit primam, quamuis à uitio deriuetur.

Vitŭpĕrōnēs, qui & uituperatores. ψέκται.

Viuārĭŭm, locus in quo uel aues, uel piſces, uel feræ continentur, quæ ad uictum duntaxat pertinent. ζωοτροφεῖον. Plinius libro nono, cap. 54. Oſtreorum uiuaria primus Sergius Orata in Baiano inuenit. Idem leporarium dicitur, & roborarium. Propriè tamen piſcinæ, ubi piſces continentur, ſicut apiaria, loca ubi aluei apum tenentur, quæ meliſſones, & mellaria nominantur. Gellius libro 2. capite decimo.

Viuāx, ualidum, uigoroſum, diu uiuens, & quod abſumi non » poteſt. βιώσιμος. Vergilius libro 2. Georgic. Palladia gau» dent ſylua uiuacis oliuæ. Idem Ecloga 8 Et ramoſa Mycon uiuacis cornua cerui. Hinc uiuacior, uiuaciſsimus. Viuacitas, quæ eſt naturalis uigor ac robur. Columella lib. 11. cap. 3. Multis etiam locis uiuacitatem ſuam uſque in annos 10. prorogat.

Viuērră, animal paruum quidem, ſed magni uigoris, muſtella ruſtica dicitur, ut ait Strabo, ex Africa importata. his utuntur adoleſcentes ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Græcè dicitur γαλῆ. Ariſtoteles lib. 9. de Animalibus, In Pordoſelena uia interiacet, cuius ultra alterum latus gignitur gale, citra alterum gigni non poteſt. Plinius in Pordoſelena inſula uiam muſtellæ non tranſeunt. Eſt aliud mu-

ſtellarum

ſtellarum ſylueſtrium genus, quæ longè domeſticis maiores ſunt, à Græcis ἰκτίδες uocantur. Ariſtoteles ἴκτις, ſylueſtris muſtellæ genus eſt, magnitudine Melitenſis catelli, ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum aſtutia muſtellæ ſimile eſt. Manſueſcit, maiorem in modum officit aluearib. Genitale eius oſſeum eſt. Sed ſylueſtrium quoquo muſtellarũ duo genera ſunt. Alterum ſub uentre rufeſcit, Martem appellant. Martialis, Venator capto Marte ſuperbus adeſt. Alterum candidius, et uiuerra uocatur. Plinius libro 8. cap. 55. Magna propter uenatum eorum uiuerris gratia eſt, immittunt eas in ſpecus, qui ſunt multiformes in terra, unde & nomen animali, ſcilicet cuniculus. Vtrunque genus Græci γαλᾶς ἀγρίας. noſtri ſylueſtres muſtellas nominant.

Viueſco. is. ſiue uiuiſco. id eſt uiuo, ſiue uiuus fio. Lucretius libro 4. Quod cupido affixũ cordi uiueſcit ut ignis. Ibidem, Vlcus enim uiueſcit, & inueteraſcit alendo. Propriè uſurpatur, cum de rebus alijs ab animali, quod communi uita fruitur, loquimur.

Viuidus. a. um. quaſi uiuum. ἔμψυχος. Propertius, Quatuor artificis uiuida ſigna boues, Quaſi ſpirantia atque uiuentia. Aliàs uiuidum, dicitur robuſtum ac plenum uigoris. ἀκμαῖος. aliàs integrum. Plautus in Rudente, Non uides, me referre uiuidum rete, ſine ſquamoſo pecu? Legitur & uuidum.

Viuiradix, (μόσχευμα) uitis quæ cum radice ſeritur, quaſi uiuam radicem habens, ad differentiam malleoli & taleatũ. Plinius libro 17. ca. 22. In arido ſolo uiuiradix quoq; fruſtra ſeritur. Columella, Sationis autem duo ſunt genera, malleoli, uel uiuiradicis.

Viuo. is. xi. ctum. quaſi uim & uigorem habeo. βιόω, βιοτεύω. Quintilianus lib. 9. cap. 3. Non ut edam, uiuo, ſed ut uiuam, edo. Quod licet abſolutum ſit, dicimus tamen quandoq;, Viuo felicem uitam. Terentius in Adelphis, Nam ego uitam duram, quam uixi uſq; adhuc, propè iam excurſo ſpacio, mitto. Interdum uiuere, eſt lætam uitam agere. Plautus in Milite, Conſerui, conſeruæq; omnes bene ualete, & uiuite. Ita uiuam, bene precantis particula eſt. Cice. ad Tyronem libro 16. Solicitat, ita uiuam, me tua mi Tyro ualetudo. Ne uiuam. id eſt ne ſim ſaluus, imprecantis particula, pro diſpeream. Cicero ad Atticum libro 4. Quid poteris inquies, pro ijs dicere ne uiuam, ſi ſcio? Viuere in diem dicuntur, qui quotidie parant noua cibaria, nihil reſeruantes, nec recondito utuntur, hodie appetentes hoc, cras illud, quorum uaria eſt uita & uictus. ἐφήμεροι τῷ βίῳ, ἡμερόβιοι. Cicero libro 5. Tuſcul. Nos in diem uiuimus. Columella lib. 3. Nec prouident futuro tempori, ſed quaſi planè in diem uiuant, ſic imperant uitibus, & eas multis palmitibus onerent, & poſteritati non conſulant. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Conuiuo: unde conuiuium. Peruiuo, quod eſt uſq; ad finem uiuo. Plautus in Captiuis, Et ſi iam peruiuo uſque ad ſummam ætatem, tamen breue ſpacium eſt perferundi, quæ minitas. Reuiuo, à quo reuiuiſco, rurſus uiuus fio. Superuiuo. Hieronymus in Exodo, Si uno die uel duobus ſuperuixerit, nõ ſubiacebit pœnæ. Huius uerbi frequentatiuum eſt uicto. as. (ζάω) à quo fit uictito. tas.

Viuus. a. um. (ζωός, ζῶν, ἔμψυχος) quod uitam habet. Cicero ad Atticum lib. 4. Cato tamen affirmat ſe uiuo illum nõ triumphare. Quandoq; ponitur pro naturali. Vergilius libro 2. Georg. Et uiua ſua plantaria terra. Idem 1. Aeneid. Viuoq; ſedilia ſaxo. Quandoq; pro eo quod uim aliquam habet. Quandoque pro ualido aut uehementi. Vergilius 1. Aeneid. Paulatim abolere Sichæum Incipit, & tentat uiuo præuertere amore. Hinc ſemiuiuum, (ἡμίζωον) quod modò ſignificat ſemimortuum, modò debile ac uigoris exigui. Viuus lapis, dicitur naturalis. Quidam tamen uiuum lapidem ignariũ. πυρεῖον, πυρεῖον, πυρείτας, ἔναυσμα, ἐμπύρευμα uocant, quòd uim habeat emittendi ignem. Viua ſepes dicitur, quæ rubis non præciſis, ſed in eo loco natis contexitur. Viua aqua, naturalis, & ex eo loco nata. Viuum flumen, eſt aqua fluens. À Viuus fiunt uiuior & uiuiſsimus. id eſt magis uiuens, maximè uiuens.

Vix, aduerbium, ſignificat cum ui ac difficultate & labore. μόγις, μόλις, χολῆ. Vergilius lib. 2. Georg. Vix humiles apibus caſias, roremq; miniſtrat. Terentius, Vix retraxi filium ab amore ancillæ. Aliquando refertur ad tempus, Vergilius, Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. id eſt ſtatim. Idem, Et quos Sidonia uix urbe reuelli. id eſt nuper. Aliquando ponitur pro non. Lucanus, Carcer uix carcere dignus. Ouidius, Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.

Vix tandem, ſignificat poſt multum temporis. μόλις τελευτῶν. Cicero Appio Pul. Vix tandem legi literas dignas Appio. Vergilius, Vix tandem Ithaci magnis clamoribus actus, Compoſito rupit uocem.

V ANTE L.

VLcero. ras. pe. cor. dilanio, & quaſi ulcus facio. ἑλκόω. Plinius libro 28. cap. 9. Item equarum præterquã uirginum erodit, emarginat, ulcerat. Hinc Exulcero. ras. ulcus dilanio. Columella lib. 8. Ferè autem per æſtatem ſic muſcis aures canum exulcerantur, ſæpe ut amittant. Per translationem ſignificat exaſpero, exacerbo. Cicero, Ita mihi animum exulcerauit.

Vlciſcor. eris, ultus, & punio, & uindico ſignificat. ἐκδικῶ, τιμωρῶ. uerum cum eſt uindicare, et hoſtes, & nos, & iniuriam ulciſci dicimus. Terentius in Eunucho, Ego pol te pro iſtis dictis & factis ſcelus ulciſcar. Hinc ultio, uerbale, ipſe ulciſcendi actus. Plinius libro 11. capite 28. Illis etiam ultionis cauſa datum.

Vlcus, eſt tecta & clauſa malignitas. ἕλκος. eſt enim ſanies concreta intra cutem latitans, quæ ut properè abrupta cute erumpat, emplaſtris supernè alligatis ſolet confoueri. Vergilius libro 3. Georgic. Quòd ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os, alitur uitium, uiuitq; tegendo. Vulnus uero, eſt hians patenſq; apertura corporis, ictu facta. Vlcera capitis manantia ſunt, quæ Græci ἰχῶρας uocant, imperitum uulgus reumam. Cicero 1. de Natura deorũ, Quicquid enim horum attigerit, ulcus eſt, ita malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. id eſt ita ab eo defendi non poterit, quin erroris uanitatiſq; conuincatur. Hinc ulcuſculum, diminutiuum. Et ulceroſus, adiectiuum, quod eſt plenum ulceribus, & transfertur ad arbores. Plinius libro 17. cap. 14. Ante omnia gemmantes nitere conueniet, nihil uſquam ulceroſum eſſe, aut retorridum. Quidam hoc nomen aſpirandum putant, quoniam à Græco originem trahit. illi enim ἕλκος dicunt.

Vlex, frutex roris marini ſimilis, aſper, aurum retinens. Plin. lib. 33. cap. 4.

Vligo, (ἰκμάς) pen. prod. terræ humor, ex ea nunquam recedens. unde uliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus. ἔνικμος. Humidus, qui aliquando ſiccatur. Varro 2. de re Ruſt. ca. 2. Solum oportet eſſe eruderatum & procliuum, ut euerri facilè poſsit, ac fieri purum. Non enim ſolum ea uligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam ungulas ſcabras fieri cogit. Vergilius 2. Georgicorum, At quæ pinguis humus, dulciq; uligine læta.

Vllus, (τὶς) aliquis, quaſi unus aliquis, quod nomen nunquam affirmatiuè ponitur. neq; enim dicimus, Vllus homo currit, ſicut Aliquis homo currit. Sed ponitur uel negatiuè, ut non eſt ullus qui currat. Vel interrogatiuè: ut, Eſt ne ullus qui currat? Vel ſubiunctiuè: ut, Si ullus me uocabit, ſtatim ueniam. Ab ullus fit compoſitum nullus, uide Vallam libro 3. capite 36.

Vlmūs.mi.ſœ.gen.arbor uineis unica.Plin.lib.16.ca.40.Rigorem fortiſſimè ſeruat ulmus.hinc Vlmeus.a.um.

Vlnă, (ὤλενα) cubitus ſeu brachium, quantum utriuſque manus extenſio continet. Vlna(inquit Seru.in Buc.)propriè eſt ſpacium, in quantum utraq; extenditur manus. Dicta ἀπὸ τῶν ὠλενῶν. id eſt à brachijs. Licet Suetonius unum cubitum eſ»ſe uelit tantummodo. Verg.in Bucol. Treis pateat cœli ſpa»cium non amplius ulnas.

Vlpĭcūm,penultima correpta, Græci appellauere genus allij, grandius inter pulmentaria ruris, authores Plinius & Columell. Quidam,ut ait Columella lib.11.cap.3. ulpicum uocant allium Punicum. Græci autem (ἀφροσκόροδον) appellant, longè maioris eſt incrementi quàm allium. Plautus in Pœnul. Tu autem plenior allij Vlpici, quàm Romani remiges. Columella, Luna infra terram ſit, quando allium, uel ulpicum ſerimus, uel in tabulam reponimus. Sic enim neq; acerrimi ſaporis exiſtere,neque mandentium halitus inodorare exiſtimantur.

Vltĭmūs, penultima correpta,ab ultra, idem eſt, quod poſtremus. ὕστατος, ἔσχατος. Cicero de Natura Deorum, Luna, quæ omnium ultima eſt. Aliquando etiam dicitur primus. »Vergilius libro 8. Aeneidos, Tu ſanguinis ultimus author. Dictus ultimus, quòd ultra omnia ſit, ſiue antè reſpicias, ſiue retrò. Hinc ultimum aduerbium. id eſt poſtremum. Liuius, Nunc errabundi domos ſuas, ultimum illas uiſuri peruagantur.

Vltŏr.τιμωρὸς.format fœmininum ultrix, à quo etiam ultricia »habemus,ut uictricia à uictrix.Verg.11.Aeneid. Vltricem »pharetra deprome ſagittam.

Vltrā, (ὑπὲρ,ἐπέκεινα,ἐπὶ θάτερα δὲ) præpoſitio eſt quum accuſatiuo deſeruit,ſignificatq; præter & trans, & non niſi ſeparata inuenitur. Cuius elegantiam oſtendit Salluſtius in Iugurthino, Mauriq; uagum genus, ut alij Aphricæ,contendebant antipodas ultra Aethiopiam cultu Perſarum,& iuſtos & egregios habere. Aduerbium eſt quum ſine caſu ponitur: ut, Aſſiduè lego, nihil ultrà faciens. Ponitur aliquando pro amplius. Liuius 4. belli Macedonici, Tanta ui ſe in hoſtem intulerunt, ut ſuſtinere ultrà non poſſent. Cicero de Vniuerſit. Si probabilia dicentur, nil ultrà requiratis.id eſt nihil ſuprà,nihil præterea. Et tunc ex ſe facit ulterior & ultimus.Cicero ad Atticum lib. 8. Ille Galliæ ulterioris adinuentor. Fit autem ab uls,quo Veteres utebantur ſicut citrà à cis.

Vltrā famam. id eſt opinionem. id eſt plus quàm homines opinentur.παρὰ τῆς δόξης.ſicut intra famam, quod eſt huic contrarium. Quintilianus, Hortenſij ſcripta tantum intra famam ſunt.

Vltrō,ab ultrà fit,& ſignificat ultrà,ſiue inſuper. Vergilius 1. »Aeneid. Et miſereſcimus ultrò. id eſt ultra id quod rogauit, præſtitimus. Vbi Seruius,Vltrò non eſt ſponte:nam iam rogauerat,ſed inſuper. Et uenit ab eo quod eſt ultra,quia plus quàm rogauerat,præſtiterunt. Interdum ſignificat ſine requiſitione,αὐτομάτως,αὐθαιρέτως.ut,Vltrò ad te ueni. id eſt non requiſitus,ſed ſpontè ueni. Plautus in Epid. Continuò te orabit ultrò, ut illam tranſmittas ſibi. Interdum prauè ac peruerſe,ſeu uerſa uice,aut prior. Terentius in Adelph. Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, Sibi fieri iniuriam ultrò,ſi quam fecere,ipſi expoſtulant, Et »ultrò accuſant. Vergilius lib.9.Aen. Freti armis ultroq; in»uitant mœnibus hoſtem. Semper autem à Vergilio ultima »ſyllaba producitur, quod Grammatici non annotarunt in »proſodijs: ſed inter ſyllabas communes eam relinquere ui»dentur.

Vltrò citroq;, (δεῦρο,κἀκεῖσε) ſignificat quod uulgò dicitur, huc & illuc, & tam in factis,quàm in dictis dicitur. Cicero in Somn.Scip. Multiſq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. Quum ego te alloquor, tunc uerba ultrò,quaſi ultrà eunt:quum te alloquentē audio,tunc uerba citrò,quaſi citrà ueniunt. Sicut pedes, cū à loco recedo,tunc ultrò eunt:quum redeo,tunc citrò. Nec elegans eſſet, huc atque illuc commeabat, niſi errabundum & incertum iter ſignifices. Vide Vallam lib.2.cap.57. Quidam in hac ſignificatione utuntur ſurſum & deorſum. Terentius, Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam,ne ſurſum deorſum'ue curſites. Tractum ab Athenis, cuius portus in imo, urbs uero editiore loco ſita eſt.

Vltrōnĕūs.nea.neum.idem quod ſpontaneus. αὐτόματος, αὐθαίρετος.

Vluă.æ.herba paluſtris. Vergil.lib.2. Aeneid. Limoſoq; lacu »per noctem obſcurus in ulua Delitui.

Vlŭlă, (ὀλολυγών) penult.correpta, auis à fletu denominata, »hoc eſt, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν.quod eſt ululare & flere. Vergil. Cer»tent & cygnis ululæ.

Vlŭlārĕ,& ululatus,uide Hululo.

V ANTE M.

VMbellă, diminutiuū ab umbra. σκιάδειον. Et umbella quæ ponebatur in theatris ad arcendum ſolem.

Vmbĭlĭcātĭm, (κατ' ὀμφαλὸς) ſignificat per umbilicos.

Vmbĭlĭcātūs,adiectiuum,(ὀμφαλόεις) dicimus quod umbilicos habet, uel quod ad umbilici ſimilitudinem factum eſt. Plinius libro 13. cap. 4. Eſt in aluo media fiſſura pleriſque umbilicatum.

Vmbĭlīcūs, penultima producta, dicitur quicquid in aliqua re eſt medium. ὀμφαλός. Vnde de libro quoque umbilicum dici »oſtendit Catullus, Relata chartæ regiæ noui libri, noui um»bilici, lora rubra membranæ. Et Plinius, Vmbilicum Italiæ circa lacum Reatinum dixit, quòd ibi medium Italiæ ſit. Item umbilicus dicitur ligamentum inteſtinorum,quòd mediam ferè uentris planiciem obtinet. Ad hoc autem factus eſt,ut per eum fœtus,dum eſt in utero matris,nutriatur. Vnde umbiliſecæ, (ὀμφαλητόμαι) obſtetrices umbilicos infantium deſecantes. À cuius quoque ſimilitudine paruus circulus in terra deſcriptus,ad cognoſcendos uentos,umbilicus dicitur. Plinius libro 18. cap.33. Per huius mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, uel cinere lineam,mediamq; circumſcribi circulo paruo,qui uocatur umbilicus. Item parui ac rotundi, politiq; lapilli,eadem ratione umbilici dicuntur. Cicero 2.de Oratore, Non audeo dicere de talibus uiris,ſed tamen ita narrare ſolet Scæuola, conchas eos & umbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere conſueuiſſe. Item umbilici ornamenta, & ueluti clauiculi quidam, quibus libri ornantur, & gemmæ ligantur. Martialis libro 2. Quid »prodeſt mihi tam macer libellus, Nullo craſſior ut ſit umbi»lico? Plinius, Et alios conuenit non oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, umbilicis ſtatim ex auro capita cōprehendentibus. Et poëtæ frequenter uſi ſunt, cum exactum opus ſignificarent, ut ad umbilicos ſe ueniſſe dicerent. »Horatius in Epod. Promiſſum carmen iambos Ad umbilicum ducere. Quod exponit Porphyrius, Ad umbilicum ducere, pro finire, & conſummare opus poſuit Horatius: quia in fine libri ex ligno, aut oſſe, aut cornu, umbilici ſolent poni, id eſt ornamenta quædam noſtri umbilici formam imitantia. In quem ſenſum & Martialis finem 4. libri clauſit inquiens, Ohe iam ſatis eſt ohe libelle, Iam peruenimus uſque ad umbilicum, Tu procedere adhuc, & ire quæris, &cæt.

Vmbo, media pars clypei eminentior. ἴτυς. Licet quandoque pro toto clypeo ponatur. Liuius 5. ab Vrbe, Gallum umbo»ne ictum deturpas. Statius, Iam clypeus clypeis, umbone »repellitur umbo.

Vmbră, (ἀποσκίασμα, σκιὰ) aēr carens ſole, quod fit alicuius corporis obiectu, præſertim nubium. Quidam ἀπὸ τοῦ ὄμβρου.

quod eſt imber umbram appellatam exiſtimant, quòd omnes umbræ humidæ ſint. Vmbræ etiam dicuntur, quas faciunt pictores, ut imagines quæ planæ ſunt, ſolidæ uideātur, quòd dicunt adumbrare. σκιαγραφεῖν. & adumbratus. ἐσκιαγραφημένος. Adumbratio. ἀποσκίασμα, ἰχνογραφία, ὑποτύπωσις, σκιογραφία. Cicero 4. Acad. Quàm multa uident pictores in umbris, & eminentia, quæ nos non uidemus? Vmbræ dicuntur inferorum imagines. Vergilius, Vmbrarum hic locus, & ſomni, noctiſq́ ſoporæ, Corpora uiua nefas Stygia uectare carina. Vmbra olim dicebatur, qui ueniret ad conuiuium nō uocatus, ſed illius, qui uocatus fuerat, comes: nam ſic uocatum ſequitur, ueluti umbra corpus. Horatius lib. 1. Epiſt. Ad ſummum locus eſt, & pluribus umbris. Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Vmbrăcŭlŭm, locus, in quo eſt umbra. σκιάδιον, σκηνή. Varro libro primo de re Ruſt. cap. 51. Prope aream faciunt umbraculum, quò ſecedant homines in æſtu, tempore meridiano. Vmbraculum, quod facit umbram, & à Sole defendit, ſeu quod ponitur pro umbra, ut ſunt aulæa, lintea, cortinæ, frondes. Valerius Maximus lib. 2. Q. Catul. primus ſpectantium conſeſſum uelorum umbraculis texit. Ponitur & umbraculum pro umbella mulieris, qua tegitur facies ad ſolis calores arcendos. Ouidius in Faſtis, Aurea pellebant tepidos umbracula ſoles.

Vmbrătĭcŭs. a. um. quod eſt ex umbra, ſeu ad ſimilitudinem umbræ. σκιώδης. Auguſtinus libro ſecundo, Confeſſ. Non ſaltem ut eſt quædam defectura ſpecies & umbratica, uitijs ſallentibus.

Vmbrătĭcŭs homo, dictus eſt à Plauto in Curcul. trapezita, qui in umbra ſub tecto uitam agit ocioſam. ἐπίσκιος. Artes quoq́ & negotia umbratica nominantur, in quibus per deſidiam in umbra elangueſcimus.

Vmbrātĭlĕ, penultima correpta, quod umbratum eſt. σκιερός. ut, uita umbratilis, quæ umbra atq́ opaco marceſcit, ſeu in umbra, & otio domeſtico degitur. Studioſi uitā umbratilem colunt, quos libri docent in umbra & otio, ut inquit Cicero pro Cornelio Balbo. Item pro Muræna, Cedat inquit, ſtylus gladio, umbra ſoli. Res etiā umbratiles dicuntur, quæ fiunt per inuolucra & inanitatē, qualis umbra eſt. Vmbratilem exercitationem dixit Cicero 1. de Oratore, quæ in loco operto, atq́ adeò in otio fit.

Vmbrĭfĕr, adiectiuum, ferens umbram. Varro de re Ruſtica libro 1. capite 2. Sub umbriferas rupes, & arbores patulas ſubijciunt.

Vmbro. as. tegendo umbram facio. σκιάζω. Plin. libro 9. cap. 1. Marcellus uelis forum umbrauit. Huius compoſita magis ſunt in uſu, ſcilicet: Adumbro, inumbro, præumbro, obumbro. ἐπιλυγίζομαι, ἐπισκοτέω, συσκιάζω. Colum. libro 5. Dum incremento ſuo uites inumbrent. Et in Euāgelio. Et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Augu. Adumbrato myſterio Helias loquitur. Aliquando ponitur pro defendere, tractum ab arboribus.

Vmbrōsŭs, adiectiuum, opacus. Vergilius 8. Aeneid. Crines umbroſa tegebat arundo.

V ANTE N.

VNă, aduerbium, acuitur in fine, ad differentiam ablatiui nominis Vnus, & ſignificat ſimul. ἅμα. Cicero ad Att. Si in Italia Pompeius conſiſtit, erimus unà. Aliquando etiam in oratione ponitur geminata, & habet quaſi eandem uim, quam habet tum & cum. Cic. 1. Verr. Vnà & id quod facio probabit, unà & in hac cauſſa profecto neminem proponendum mihi eſſe exiſtimabit.

Vnănĭmĭs, & unanimus, utroque modo dicitur, pro eo qui unius animi eſt, & unius ſententiæ cum altero. ὁμογνώμων. Vergilius quarto Aeneidos, Cum ſic unanimem alloquitur. male ſana ſororem. Vnde & unanimem conſenſum dicimus, cum amicorum concordia eſt. Hinc unanimitas, conſenſus, æquanimitas. ὁμογνωμοσύνη. Plautus in Truculento, Non Amantis mulieris, ſed ſociæ unanimitatis fidentis fuit.

Vncĭă, (οὐγγία) dicta eſt, quod una ſit ex duodecim partibus aſſis. Plautus in Menæhmis, Atque huic ut addas auri pondo unciam. A quo ſemiuncia duæ ſextulæ, tertia pars unciæ. id eſt ſcrupuli octo. Sicilicus, ſcrupuli ſex. Sextula, ſcrupuli quatuor. Eſt etiam uncia, menſuræ genus exiguæ. Vnde & diminutiuum unciola. Vnde quincuncem uocamus uaſculum quinque unciarum capax. Martialis, Quincunces puto poſt decem peractos. De alijs aſſis partibus uide in dictione As.

Vncĭārĭŭs, adiectiuum, (οὐγγιαῖον) ab uncia deriuatur, à quo ſemunciarius. Liuius li. 7. Semiunciarium tantum ex unciario factum fœnus, et in penſiones æquas trienny. Vnciarium fœnus omnium erat minimum, quod ex centum unciam tantum in annum reddebat. Vnciaria ſtirps, duodecima aſſis pars, omnium minima moneta. Vnciariæ uites, quæ ita diſpoſitæ erant, ut inter quamlibet uitem unius iugeri uncia interuallum æquale faceret.

Vncĭālĭs, & hoc. le. quod ad unciam pertinet: ut, Vncialis aſſis, qui unciam tantum ualebat. Plin. lib. 33. cap. 3. Q. Fabio dictatore aſſes unciales facti.

Vncĭātĭm, aduerbium. Terentius in Phorm. Quod ille unciatim uix de demenſo ſuo Suum defraudans genium comparſit miſer, &c.

Vncĭnātŭs, adiectiuū. ὀγκινωτός. uncinis armatus. Cic. 4. Aca. Nec ut ille, qui aſperis, et leuibus et hamatis, uncinatiſq́ corpuſculis concreta hæc eſſe dicat interiecto inani.

Vncīnŭs. ὄγκινος. penultima producta, diminutiuum eſt ab uncus, pro fuſte.

Vncĭŏlă, cum accentu in antepenultima diminutiuum ab uncia. Iuuenalis, Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem, Partes quiſque ſuas ad menſuram inguinis hæres Accipiat.

Vnctŭm, ſignificat illud pingue, quod in porci dorſo mollius eſt. ἄλειφαρ. Colu. lib. 6. ca. 30. Frigoris fomenta adhibentur, capite & ſpina tepenti adipe, uel uncto linuntur. Rectius ibi uino, non uncto alij legunt. Perſius adiectiuè poſuit, Vncta uixiſſe patella Semper.

Vnctūră. æ. Cic. de lib. Hæc præterea ſunt in legibus de Vnctura, quibus ſeruilis unctura tollitur.

Vncŭs, fuſtis ab uno latere incuruus, ac ſeſe retorquens, quo inſtrumento puniebantur damnati. ἄγκιστρον. Iuuenalis, Impactus Seianus ducitur unco. Huius diminutiuum eſt uncinus.

Vncŭs. a. um. incuruus. γαμψός. Columella libro 7. cap. 11. Atque uncis digitis alterum quoque teſticulum educito. Cuius compoſita ſunt: Aduncus, & reduncus, quæ duo Plinius lib. 10. complexus eſt dicens, Et acuta uolucribus roſtra, eidem rapto uiuentibus adunca, collecto recta, herbas ruentibus limumq́ redunca, ut gruum generi. Hinc fiunt adunco. cas. & inunco.

Vndă, propriè pars aquæ in ſe collecta, & in unam partem tendens, ut cum fluctuat mare: dicta quòd ſit una, & in ſe coacta. κῦμα. Verg. 1. Aen. Tum prora auertit, & undis Dat latus, &c. Aliquando ponitur pro aqua: ut, Pars pro toto. Ouidius, Et terris miſcuit undas. Huius diminutiuum eſt undula. κυμάτιον. Vndæ comitiorum, per tranſlationē, uaria ſententiarū multitudo, quibus ueluti undis mare, ita etiam comitia feruere uidentur. Cicero pro Planco, Si campus, atq́ illæ undæ comitiorum, ut mare profundum, & immenſum, ſic efferueſcunt, &c.

Vndābŭndŭm mare, apud Gellium lib. 2. cap. 30. dicitur abundè undas faciens. κυματούμενον.

Vndātim,

Vndātĭm, ſignificat fluctuatim, uel ad undarū ſimilitudinem. κυματοειδῶς. Plinius libro 13. cap. 5. Sunt & undatim criſpæ menſæ, &c.

Vndĕ, aduerbium, quaſi de quo uno loco: ut, Vnde uenis? Interdum ſignificat à quo. Vergilius: Genus unde Latinum. Terentius in Eunucho: Vnde petitur aurum. Interdum ponitur pro aliquid. Horatius: Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? unde ſagittas? Hic uenuſte deeſt, putas, uel dicas mihi eſſe. Quintilianus: Vnde hunc illi animum? Et alibi, Vnde tantum uirium cæco? Capitur igitur relatiuè, infinitè, & interrogatiuè.

Vndĕūndĕ, ſignificat undecunque. ὁποθενοῦν. de quelque part que uous uouldrez.

Vndĕuīs, & undelibet, (ὅθεν βούλει) ſignificat ex uno quouis loco. Cicero ad Herennium: Aſt iſtud quidem facile fuit undelibet inuenire.

Vndĕcūnquĕ, aduerbium, ex quocunque loco. Liuius quarto belli Punici: Bellum undecunque cum Annibale conſulibus mandatum.

Vndĕuīgintī, (εἴκοσι ἑνὸς δέοντος) uno dempto de uiginti, quod eſt decem & nouem. À quo undeuigeſimus. Sic undetriginta, undetrigeſimus, undecenteſimus, undemilleſimus.

Vndīquĕ, aduerbium. id eſt in omnes partes, uel potius ex omni parte. Cicero pro Pompeio: Sicilia multis undique cincta periculis.

Vndīquĕ laterum. πανταχοῦ τῶν πλευρῶν. ab omni latere, ab omni parte. Sic ubiq; gentium.

Vndiſŏnŭs. na. num. penultima correpta, quod undis ſtrepit. πολύφλοισβος. Vnde mare undiſonum dicitur, quòd fluctuando ſonitum reddat.

Vndĭuŏmŭs. a. um. (κυμοβόλος) penultima correpta, quod undas. id eſt aquas uomit.

Vndo. as. fluctuo, undas facio. κυμαίνω. Cicero 2. de Natura Deorum: Subter radices penitus undanti in freto. Vndantem chlamydem facere, eſt incendendo chlamydem laxam, rugoſamq; ſic in dextram modò, modò in læuam iactare, ut eius pars potiſsimum inferior undas modò accedentes, modò recedentes imitari uideatur. Plautus in Epid. Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem conſpicor, Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit? Compoſita ſunt, Abundo, exundo, inundo & redundo, de quibus ſuprà in dictione Abundo.

Vndōnēs, uide in dictione Vndulata, & Vdones.

Vndōsŭm mare, dicitur fluctuoſum, undis plenum. κυματώδης θάλασσα.

Vndŭlātă ueſtis, quæ fit ex hircorum, & caprarum pilis potius, quàm lanis, quòd ad undarum ſimilitudinem picta ſit. κυματώδης. Nam & cymatilis ueſtis à fluctu, ut apud Plautum & Ouidium. Dicebantur uerò & Vndones quidam Cilicij, forteq; ab undis, quales modò in his textis uidemus, quæ tanquam ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν συμβαλλωτὰ omnes appellamus, ceu origine ab illo ueſtium genere accepta, de quibus Plinius ita ſcribit, Lanæ & per ſe coactæ, ueſtem faciunt.

Erit ergo ſymballotum, quaſi συμβλητὸν. id eſt coacti implexu potius, quàm textu conditum. De Vndone Hieronymus quoq; meminit. Vide Vdones. Varro de uita Populi Romani, À quibuſdam dicitur eſſe Fortunæ uirginis ſimulachrum, ab eo quòd duabus undulatis togis eſt opertum, perinde ut reges noſtri undulatas, et prætextatas togas ſoliti ſunt habere. Nonius. Varro inquit, undulatum nouè pro puro poſuit. Ita fit, ut undulata ueſtis aliud genus ſit fortaſſe, quàm cymatilis, à fluctu dicta.

Vnēdo, fructus arboris, ſimilis terreſtribus fragis. Et arbor ipſa etiam unedo dicitur, folio citro ſimilis, fruticoſa, pomum inhonorum eſt. Ideoq; unedo dicitur, quòd unum tantum mandi poſsit. Græci κόμαρον uocant, Latini arbutum, uide Plinium libro 15. cap. 25.

Vngēntŭm, quod & unguentum, (ἔλαιον. Homer. μύρον) dicitur, non eſt illa cōpoſitio tenax, qua chirurgi utuntur ad uulnera curanda, ſed commiſtio diuerſorum odorum addito oleo, aut balſamo, aut aliquo pingui, ad ungenda corpora, deliciarū & luxuriæ cauſſa inuenta. χρῖμα ſiue χρῖσμα. Veteres θύωμα. Vulgare autem promiſcuum, & ferè palæſtris dicatum. ἀλείωμα, ἀλοίφιμον, & ἐπάλειμμα uocat Iceſius. Vnde ἀλείπτης, & ἐξαλείπτης. quos noſtri unctores & reunctores uocant, à Græcis frequenter κονιασαὶ, χρισαὶ ac παιδοτριβαὶ nominantur. Herm. Plautus in Moſtel. Non poſſunt omnes olere unguenta exotica. Pomponius tamen Iureconſultus tit. de auro, argento mundo, orna. &c. l. argumento. ſcribit unguenta eſſe, quæ ualetudinis cauſſa comparantur. Sed hæc magis medicamenta dicuntur. Seruius ait, hoc nomen ungentum non recipere u, ſicut nec ungo: unguen uerò u habere. * Martial. Quod neq; Virgilius, neq; carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat & ex balano.

Vngo. is. xi. ctum, & ungo. guis. gui. ctum. ſecundum Priſcianum, (ἀλείφω, χρίω) quaſi unum ago. Vngendo enim copulatur, atq; unitur caro. Cato cap. 72. Pice liquida cornua infima ungito. Hinc unctito. ctas. frequentatiuum. Et uerbalia unctio. nis. unctor. ctoris. unctura. ræ. Hinc & unctorius, adiectiuum: ut, unctorium hypocauſton, apud Plinium Epiſt. 17. lib. 2. ubi ſeruabatur oleum ad unguendum opportunum. Ab ungo fiunt compoſita, Inungo, Perungo & Exungo, quæ uide ſuis locis.

Vnguĕn, idem quod unguentū, & accipitur pro omni eo, quod ſuccum habet, ex quo aliquid ungi poteſt (ἀλοιφὴ, ἄλειμμα.) Plinius, Epiphoras bubulo ſeuo cum oleo cocto allinunt. Ceruini cornu cinis, ſcabrities eodem unguine ſanat. Sunt, qui dicant, unguen ab uncto deduci, & eſſe unctum, pingue in ſuis dorſo, ſiue exungium uel ſeuum. Pallad. Sumas tantandem unguinis, quod uocamus axungiam, uel ſeuum. Perſius: Fœniſecæ craſſo uitiarunt unguine pultes. Hinc unguinoſus, adiectiuum: ut, unguinoſum medicamentum, unguinoſæ nuces. Plinius libro 23. cap. 8. Sunt autem recentes nuces iuglandes iucundiores, ſiccæ unguinoſiores, & ſtomacho inutiles.

Vnguēntārĭŭs, qui unguenta conficit, ac uendit. μυρεψὸς, μυροπώλης. Cicero 1. Offic. Adde huc, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, &c. Eius fœmininum eſt unguentaria. Plin. li. 8. cap. 5. Et unguentariam quandam dilectam Iuba tradit, &c. Eſt & unguentaria, ars ipſa conficiendorum unguentorum. Vnde unguentariam facere, dixit Plautus in Pœnulo. Vnguentarius uerò, adiectiuum eſt, quod ad unguenta pertinet. Plin. lib. 36. ca. 8. Hunc aliqui lapidem alabaſtriten uocant, quem cauant ad uaſa unguentaria, quoniam optime in ea incorrupta ſeruare dicitur.

Vnguĭcŭlŭs, diminutiuum eſt ab undis, & de his tantum dicitur, quæ ungueis habent. ὀνύχιον. Plautus in Epid. Contempla Epidice, uſque ab unguiculo ad capillum ſummum. Vnde à teneris unguiculis dicimus pro eo, quod eſt, ab infantia, ab ineunte ætate, à puero, ab incunabulis. Cicero Lentulo: Sed præſta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus.

Vnguĭs, (ὄνυξ) maſculini generis, ab ungo. gis, quòd politus & translucidus ſit, & quaſi unctus: & eſt propriè eorum animalium, quæ digitos habent ſeparatos, ut ſunt homines, ſimiæ, aues. Plinius, Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus unci: cæteris recti, ut canibus, præter eum qui à crure pleriſq; dependet. Idem de Aquila: Vngues quoque huic generi inuertuntur. Apud Columellam libro 6. cap. 12. inuenitur unguis pro ungula. Dicitur & unguis de arboribus. Plinius libro 12. cap. 9. Bactriano nidor ſiccus, multiq; candidi ungues. Vngues ferrei, apud

Columellam libro 12. cap. 18. ſunt inſtrumenta quædam ferrea, quibus uindemiatores unguium uice utebantur ad colligendum uuas, ne ipſas manibus diſtringerent. Fieri enim non poterat, ut dum unguibus manuum uuas colligerent, bona pars acinorum digitorum contactu in terram non delaberetur.

Vnguis, morbus eſt oculorum, Græci πτερύγιον uocant, de quo ſuprà dictum eſt.

Vngŭlă, (ὁπλὴ) ab unguis denominatiuum eſt, non diminutiuum, quamuis formam diminutiuam habeat, & dicitur de his animalibus, quæ digitis carent. Plinius libro 11. capite 45. In quadrupedibus ſolidas habent ungulas, quæ non ſunt cornigera. Idem: Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, ſed indiuiſi ac leuiter diſcreti, unguliſq; non unguibus ſimiles: Ouidius quoque idem fecit, dum Io deſcripſit, è bouis effigie in primam formam redeuntem, inquiens: „Vngulaq; in quinos delapſa abſumitur ungueis. Omnibus ungulis, prouerbiale eſt, quod ſignificat omnibus uiribus manuumq; pedumq;, & conatu totius corporis, ut etiam ungues qui ſunt in extremitate collocati, intendantur, quos Plinius exiſtimat eſſe ſummas neruorum clauſulas. Cic. lib. 2. Tuſc. Toto corpore, atq; omnibus ungulis (ut dicitur) contentioni uocis aſſeruiunt.

Vngŭlānōs (ὀνυχώδεις) Cato uocauit, qui magnos ungues habent ac ſcabros, quaſi ungulis ſimiliores, quàm unguibus.

Vngŭlātă ueſtis, ab ungulis, hoc eſt anulis. Vngulum enim Oſcorum lingua (ut ait Feſtus) anulum ſignificat. Vel etiam dici poteſt ab unguibus.

Vngŭlŭm, anulum ſignificat. Quod ideo quidem appellatum putant, quòd ſicut in digito unguis carne, ita in illo gemma, uel ſignum aliquod auro clauditur.

Vnĭcaulĭs, herba, quæ unum caulem habet, nec in ramos ſpargitur. μονόκαυλος.

Vnĭcŏlŏr, pen. corr. unius coloris. μονόχρους. Plin. lib. 32. cap. 9. Dulciores fœminæ ſunt, & unicolores.

Vnicōrnĭs, generis maſculini, ſiue unicornius, & unicornium declinari poteſt, pro animali quod unicum in fronte cornu longum gerit, quod ad ſaxa limat, & cum ipſo perforat elephantem. Græcè μονόκερως dicitur. Hoc animal, ut Albertus inquit, eſt moderatæ quantitatis, buxei coloris, & fiſſæ in duo ungulæ pedis, in deſertis habitans. Eſt & unicornis, & hoc. ne. adiectiuum quod unum cornu tantum habet. Plinius lib. 11. cap. 46. Vnicorne biſculum oryx.

Vnĭcŭbă, penultima correpta, mulier quæ cum uno tantum uiro concumbit. Hieronymus: Legant, antequam religio noſtra fulgeret in mundo, unicubas ſemper habuiſſe inter matronas decus.

Vnĭcŭs, ſingularis, (μόνος) ut, Phœnix eſt unica auis. Cicero pro Roſcio Amer. Et quæramus, quæ tanta uitia fuerint in unico filio. Hinc fit aduerbium unicè, ſingulariter: ut, Dilexi te unicè. Plautus in Bacch. Imò unicè unum plurimi pendit.

Vnĭgĕnĭtŭs, (μονογενὴς) filius qui unicus eſt, quaſi ſolus genitus, nec fratrem ullum habuit aut ſororem. Vnigenam Cicero libro de Vniuerſitate mundum uocat, quòd ſolus atque unus eſſet. Vnigena Pallas à Catullo dicitur, quia è Iouis cerebro, atq; una parente orta.

Vnĭiŭgæ uineæ (μονόζυγοι) dicuntur, ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in unam tantum partem ordinis annectantur. Plinius libro 17. cap. 22. Si unijuga erit uinea.

Vnĭmănŭs, adiectiuum, unam tantum manum habens. Liuius quinto belli Maced. Ex piceno nunciatum eſt, & Aretij puerum natum unimanum.

Vnĭo, nis. niui. nitum. coniungo, quaſi unum facio. ἑνόω. Vnde uniti animi, qui ſunt unius uoluntatis.

Vnĭo. onis. ἕνωσις. modò concordiam ſignificat. Auguſt. Nam hoc fieri poſſe in tanta animorum unione quis dubitet? Modò margaritam, (μαργαρίτην) quòd in conchis nulli duo reperiantur indiſcreti, inquit Plinius libro 9. cap. 35. Dos omnis unionum eſt in candore, magnitudine, orbe, leuore & pondere. Eſt & unio, cæpæ genus capitatum. Columella libro 12. cap. 10. Pompeianum, uel Aſcaloniam cæpam, uel etiam Marſicam ſimplicem, quam uocant unionem ruſtici, eligito. Hoc autem nomen (ut inquit Ruellius) apud Gallos uelut triuiale hactenus uſurpatum eſt. Nam pluribus bulbis non coagmentatur, ſingulari conſtat, ideo unionem lingua Gallica nominat.

Vnĭŏcŭlŭs, qui & monoculus, qui unum habet oculum. μονόφθαλμος. Plautus: Vniocule ſalue.

Vnĭſtĭrpĭs, hoc pe. unius ſtirpis. Plini. libro 16. cap. 30. In longitudinem excreſcunt abies, larix, palma, cupreſſus, ulmus, & ſi qua uniſtirpia.

Vnĭuērsālĕ, quod ad uniuerſos pertinet. καθολικόν. Cicero ad Herennium: Nam in huiuſmodi rationibus, non uniuerſali, neq; abſoluta, ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur. Legitur & uniuerſa.

Vnĭuērsālĭtās, generalitas. τὸ καθόλου.

Vnĭuērsĭpŏtēns, dicitur Deus, quod uniuerſa poſſit. παντοκράτωρ. À quo uniuerſipotentia dicitur.

Vnĭuērsŭs, quaſi omnis ad unum uerſus. σύμπας, ἅπαξάπας. id eſt ſine aliqua exceptione. Et in ſingulari quidem idem quod totus: ut, Vniuerſus ager, uniuerſus exercitus. In plurali ſignificat omnes coniunctim. Nam ſi dicimus, Omnes ſibi domicilium conſtituerunt, intelligitur domicilium ſibi unumquenq; cōſtituiſſe. Si uerò dicimus, Vniuerſi ſibi domicilium conſtituerunt, ſignificatur omnes ſimul unum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe. Cice. in Acad. Qui loquitur de uniuerſis, nihil excipit. quid enim poteſt eſſe extra uniuerſa? Hinc uniuerſè, aduerbium, generaliter ſiue generatim: cui ſingillatim opponitur. Et uniuerſim. ὅλως. Cicero in Vatinium: Quæro abs te primum uniuerſe, quod genus improbitatis, &c.

Vnĭuĭră, penultima correpta, quæ unum duntaxat uirum coniugem habuit. μόνανδρος. Hieronymus: Vniuira Anna inducitur, ſemperq; ieiunans.

Vnĭuŏcŭm, penultima correpta, cuius & nomen commune eſt, et eadem ſubſtantiæ ratio, quòd Græcè συνώνυμον dicimus: ſicut æquiuocum, cuius nomen tantum commune eſt, ſed ſubſtantiæ diuerſa ratio, & à Græcis ὁμώνυμον appellatur. Homo & equus, uniuoca ſunt, quia ſub uno animalis nomine comprehenduntur, & eadem eſt utriuſque ſubſtantia. Homo uerus, & homo pictus, æquiuoca ſunt, quia de utroque animal prædicatur, ſed ſubſtantia eorum diuerſa eſt. Grammatici dicunt, homonyma eſſe quæ uoce, ſed non ſignificatione conueniunt: ut, Nepos eſt filius filij, uel luxurioſus. Synonyma, quæ non uoce, ſed ſignificatione conueniunt: ut enſis, & gladius. Hinc uniuoco. as. penultima correpta, & uniuocè (συνωνύμως) aduerbium.

Vnōsē, ab unus, quo ueteres uſi ſunt pro ſimul.

Vnquăm, (ποτὲ) aduerbium, ſignificat aliquo tempore quaſi uno quouis tempore. À quo Nunquam. Plautus in Aularia: Neque id in tantis periculis unquam committant, ut ſiet.

Vnŭs, numeri principium eſt. εἷς. Ouidius: Vnus erat toto „naturæ uultus in orbe, Quem dixere chaos. Aliquando dicitur ſolus. μόνος. Plautus: Vnus tum domi eram, & fores erant clauſæ. In qua ſignificatione quandoque genitiuo iungitur, & ferè genitiuo omnium. Plinius: Acipenſer unus omnium ſquamis ad os uerſis, contra aquam natando meat.

Ponitur aliquando pro pronomine idem. Plautus in Cap.

Hic

Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem, quia quaſi una ætas erat. id eſt eadem ætas, ſiue eiuſdem ætatis erant. Sic uno tempore. id eſt eodem tempore. Plautus in Milite, Vno exemplo omnes uiuunt. id eſt eodem.

Aliquando pro primo. Vergilius: Cadit & Ripheus iuſtiſsimus unus, Qui fuit in Teucris. Sciendum (authore Hieronymo ad Damaſum) quod unus eſt numeri, cum dicimus, unus homo, unus equus. Vbi autem alius, uel tertius non poteſt adiungi, unus ſi dicatur, non numeri, ſed uniuerſitatis eſt nomen: ut ſi dicamus, unũ Solem. hic unus ita dicitur, ut alius et tertius addi nõ poſsit. Vnus eſt enim Sol. Multo magis, Deus cum unus dicitur, non numeri, ſed uniuerſitatis uocabulo nũcupatur. id eſt qui propterea unus dicitur, quòd alius non ſit.

Vnŭs & alter, (εἷς καὶ δύο) ſignificat duos, ſicut alter & tertius. Tacitus: Sed & alter & tertius dies contatione coæternum abſumitur. Cicero 4. in Verrem, Dicit unus & alter breuiter nihil interrogatus.

Vnŭſquīslĭbĕt, & Vnuſquiuis, (εἷς ἕκαστος) idem ſignificant quod quilibet, omni loco, ex omni parte, ex omni regione.

Vnŭſquĭſpĭăm, (εἷς τις) aliquis unus.

Vnŭſquĭſquĕ, (πᾶς ἕκαστος, πᾶς τις, πάντες ὅσοι) dictio uniuerſalis.

V ANTE Ŏ.

VŎcābŭlŭm. λέξις. dicitur quo res ſingulæ nominãtur. Quintil. lib. 9. ca. 1. Mutatur uocabulis uis rerum.

Vōcālĭs, & hoc. le. quod eſt ſonorum, et ſummæ uocis. φωνήεις. Plinius lib. 18. Ranæ quoque ultra ſolitum uocales, ſunt ſigna tempeſtatis. Vnde uocales literæ dictæ, (φωνήεντα) quia per ſe uoces faciunt, & ſine his literalis uox proferri non poteſt. Hinc ſemiuocales, (ἡμίφωνα) quæ quaſi dimidiatum uocaliũ ſonum habent. Sciendum eſt, quòd quando dictio finit in uocalem quamuis longam, ſi ſequens incipiat à uocali, illa finalis breuis eſt: ut, Ilio alto. aliquando non. Vergil. 1. Aeneidos, Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma. Vocalis (ἔμφωνος) etiã dicitur, qui uoce utitur, & proferre uerba poteſt, puta cum quis mutus fuiſſet, poſtea loquatur. Valerius lib. 1. Echedis Samius athleta mutus, cum ei uictoriæ titulus et præmium eriperetur, indignatione accenſus, uocalis euaſit.

Vōcālĭtās, conſonantia, quam Græci εὐφωνίαν uocant.

Vŏcātīuŭs caſus, dictus eſt, quòd per eum uocamus. κλητική. Hinc uocatiuè aduerbium apud Gellium lib. 13. cap. 21. Vocatiuè inquit, dicit. id eſt per uocatiuum.

Vōcēs, dicuntur ea omnia quæ ſonant. φωναί. Vox enim fit ἀπὸ τοῦ βοάω. quod eſt uoco. Vergilius: Fractasq́ ad littora uoces.

Vōcĭfĕrŏr, ſignificat cum dolore, ſiue indignatione maiorẽ uocem emitto. κράζω, βοάω. Interdum ſine affectu, uehementer tamen exclamo, uide Vallam lib. 5. cap. 55. Verg. 7. Aeneid. Vociferans etenim molleis tibi ſumere thyrſos.

Vŏcito. tas. penultima correpta, frequenter uoco. ἀναφωνέω. Plautus in Captiuis: Pægnium uocitatus eſt, pòſt uos indidiſtis Tyndaro.

Vŏco. as. clamo. καλέω, φωνέω. ut, Voco operarios. Item uocare, appellare. Lactant. lib. 3. Quòd ſi Deum naturam uocant, quæ peruerſitas, naturam potius quàm Deum nominare? Item inuitare. Cicero 6. Verr. Deinde ipſum regem ad cœnam uocauit. Vnde uocatores dicti ſunt, quibus inuitandi datum eſt negotium, ſiue qui per ſe uocant ad cœnas. Plinius libro 35. capite 10. Inuitatus ad regis cœnam uenit, indignantiq́ Ptolemæo, ac uocatores ſuos oſtentanti, ut diceret à quo eorũ inuitatus eſſet, ille arrepto à foculo carbone extincto, imaginem in pariete deliniauit. Item poſcere, ſeu uendere. Iuuenalis: Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam. Item denunciare. Vergilius libro 1. Georg. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce. Vocata eſt opera, dixit Plautus in Sticho: Cœnabis apud me, quoniam ſaluos aduenis. E. Vocata eſt opera. Id eſt non uacat apud te cœnare, quoniam rogauit me aliquis, ut negotium aliquod pro ſe transſigerẽ. Huius compoſita ſunt, Aduoco, auoco. Conuoco, in unum locum congrego. συγκαλέω. Cicero lib. 1. Tuſcul. Qui diſsipatos homines congregauit, & ad ſocietatem uitæ conuocauit. Circumuoco, undecunque uoco. Deuoco, euoco, inuoco, prouoco: peruoco, quod eſt, omnes uoco. διακαλέω. Reuoco, & ſeuoco, quæ habent penultimam correptam.

Vŏcōnĭă, genera ſunt pyrorum, quemadmodum & uolema. Plinius libro 15. cap. 15.

Vōcŭlă, penultima correpta, diminutiuum, parua uox. φωνάριον. Cicero ad Qu. fratrem: Quanto molliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones ac falſæ uoculæ, quàm certæ, ſeu ſeueræ? Interdum ponitur pro detractione. Item M. Cælio: Si incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in uoculas maleuolorum.

Vŏlă, media pars manus, ſiue pedis. θέναρ. Plinius libro undecimo, capite 45. Vola homini tantum exceptis quibuſdam.

Hinc uolo. las. quod ſignificat uolas. id eſt pedes moueo. Vergilius libro 6. Paſcentes illæ tantum prodire uolando. Nam ad pedum uolas retulit. Ad manus retulit Terentius: Vix me contineo, quin inuolem in capillum. À uolo fit compoſitum, Inuolo. quod eſt, rapio, & ſuffuror, & in uola abſcondo.

Vŏlātĭcŭs. ca. cum. quod uolat, & citò tranſit. πτηνός, πτερόεις. Ponitur pro inconſtanti & præcipiti. Cicero ad Att. lib. 13. O Academiam uolaticam, & ſui ſimilem, &c.

Vŏlātĭlĕ, penul. corr. quaſi uolans, adiectiuum eſt. πτηνόν. ut, animal uolatile. Et uolucres uolatilia dicuntur, quia uolãt. Volatile ferrum, mucro & acies telorum. Verg. 8. Aeneid. Telisq́ uolatile ferrum Spargitur.

Vŏlātūră, idem eſt quod uolatus. πτῆσις. Var. 3. de re Ruſt. cap. 5. Ibi in prima uolatura cum ueniunt, morantur dies paucos, requieſcendi cauſſa.

Vŏlātŭs. tus. ipſa uolatio, & uolandi actus. πτῆμα.

Vŏlēmă, penult. prod. Galli appellant pyra bona & grandia eo, quòd impleant uolam. Vergil. 2. Georg. Cruſtumijs, Syrijsq́ pyris, grauibusq́ uolemis. neut. generis eſt, pluralis numeri, ſecundæ declinationis.

Vŏlēntĭă, idem quod uoluntas, quæ quid cum uoluntate deſyderat. βούλησις. Salluſtius tamen Hiſtoriar. lib. 4. Volentia plebi, pro placentia plebi ſcripſit. hoc eſt, quæ plebs uellet. Multisq́, inquit, ſuſpicionibus uolentia plebi facturus habebatur. Nonius: A uolentia fit beneuolentia, maleuolentia, pro amore & odio, quaſi bona & mala uoluntas. Item beneuolus & maleuolus.

Vŏlito. tas. frequenter uolo. ἀναπέτομαι. Plinius: Super aquas aſsiduè uolitans. Ponitur & pro diſcurro. Cice. Qui per forum uolitant. Volitare cupiditate gloriæ, eſt efferri, & uehementer trahi. Cicero in Piſonem: Valebis apud hominem uolitantem gloriæ cupiditate: Vir moderatus, & conſtans.

Vŏlo, uolas, proprium eſt alas habentium, (πέτομαι, ἵπταμαι.) Vergilius: Volat ille per aëra magnum Remigio alarum.

Transfertur etiam ad alia, quæ celeriter currunt: ut, Nauis uolat, fama uolat, & huiuſmodi, & pro celeriter uadit. Terentius in Hecyra: Ne me fruſtra illic expectet, uola. Hinc ueliuolum mare dicitur. Eius cõpoſita ſunt, Aduolo quod eſt, iuxta uel aliquò uolo. προσπέτομαι. Plinius libro 10. In agrum Volaterranum palumbium uis è mari quotannis aduolat. Circumuolo. περιπέτομαι. Idem in eodem: Nec unquam tam longo naues, tamq́ continuo curſu recedunt à terra, ut non circumuolitent eas apodes. Deuolo, (καθίπταμαι)

 deorſum

deorſum uolo. Euolo, (ἀποπέταμαι) extrà uel in altum uolo. Vnde per translationem Cicero Lentulo: Euolare altius certo noluerunt. Inuolo, interuolo. Obuolo, contrà uolo. Peruolo, celeriter uolo, (διαπέτομαι.) Præuolo, antè uolo. Prouolo, procul uolo, (προπέτομαι.) Reuolo, rurſus uolo, reuertor, (ἀναπέτομαι.) Gellius: Vbi ſatis ſæuierat coruus, reuolabat in galeam Tribuni. Subuolo, (ὑποπέτομαι) latenter uolo. Columella libro 9. Pulli facilius ſub matribus pingueſcunt, ſi iam firmis, prius quàm ſubuolent, paucas ſubtrahas pinnas, & obteras crura, & uno loco quieſcant. Superuolo, & tranſuolo, (ὑπερίπταμαι) quæ habent penultimam correptam.

Vŏlo, uis, (βούλομαι, θέλω) à uolo, uolas: quòd animus in quo uelle eſt, talis ſit, ut puncto temporis peruolet quò uult. Cicero Famil. 12. Eandem rem tibi uolo bene & feliciter euenire. Volo omnia tua cauſa. id eſt tibi in omnibus bene cupio. Cicero 1. de Natura Deorum: Quatuor etiam naturas, ex quo omnia conſtare cenſet, diuinas eſſe uult. id eſt cenſet.

Hinc uoluntas, & uolentia. Compoſita ſunt, Nolo, malo, & peruolo.

Vōlſellă, ſunt inſtrumenta ad pilos euellendos à corpore idonea. (μαδιστήριον, τριχολαβίς.) Celſus lib. 6. ca. 18. Deinde oræ uolſella prehendendæ, tum quicquid corruptum eſt excidendum. dicitur & Vulſella. læ.

Vōluă, uide in dictione Vulua.

Vŏlūbĭlĭs, qui facilè uoluitur, (ἐπίφορος, εὔστροφος.) Cic. pro Milone: Quàm uaga, uolubiliſque fortuna. Hinc uolubiliter, aduerbium. Et Volubilitas. atis. ut, Volubilitas mundi: Volubilitas fortunæ, inconſtantia: Volubilitas linguæ, leuitas, promptitudo, dexteritas.

Vŏlŭcĕr, adiectiuum, ponitur pro celeri, (πετεινός.) Martialis:
» Et uolucrem longo porrexit uulnere pardum. * Vide Volucris.

Vŏlŭcră, genus animalis, quod prærodit teneros pampinos. Columella de Arboribus cap. 15. * Vide Voluela.

Vŏlucrĭs, fœminini generis, omne id quod uolat, non ſolum aues, ſed apes quoque, ueſpæ, tabani, & reliqua huiuſmodi, (ὄρνεον, τὸ πτηνόν.) Cicero 2. de Oratore: Quemadmodum uolucres uidemus procreationis atque utilitatis ſuæ cauſa fugere, & conſtruere ſibi nidos. * Vide Volucer. Vergil. lib.
» 5. Aeneid. Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras:
» & Georg. 2. Quæ tenuē exhalat nebulam fumosque uolucres.

Vŏlūmĕn, (γραμματεῖον, σύνταγμα, σύγγραμμα, σύνταξις) penultima producta, à uoluendo, quòd maiores noſtri in libris arborum. id eſt corticibus ſcribebant, et libellos illos, quo ferrent commodius, complicabant. Ideoque uolumina appellata ſunt, libellis ſimiliora quàm libris. Eſt enim propriè uolumen pars codicis, utputa Metamorphoſeos liber in quinde-
» cim uolumina diſtinctus eſt. Ouidius: Sunt mihi mutatæ ter
» quinque uolumina formæ. Plinius Iunior: Libri tres in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſi, quaſi in ſex minores libros, ut ſint uolumina aliquanto minora quàm libri. Igitur uolumen, pars libri eſt: liber uerò per toto codice, & pro uolumine accipitur. Inde dicimus euoluere libros. ἀνελίττειν τὰ βιβλία. id eſt aperire lectitandi gratia, quaſi rem complicatam explicare. ſicut reuelare, rem uelatam detegere. Ponitur aliquando pro uolubilitate, ſiue uarietate. Plinius li. 7. ca. 45. Si diligenter æſtimentur cuncta, magna ſortis humanæ reperientur uolumina.

Vŏlūntās (θέλημα) eſt, inquit Auguſtinus De libero arbitrio, qua appetimus rectè honeſtèque uiuere, & ad ſummam ſapientiam peruenire. Vel eſt, ut ait Cicero 4. Tuſculanarum, quæ quid cum ratione deſiderat. Ponitur autem aliquando pro ſtudio & beneuola animi propenſione. Cicero Famil. 4. De mea autem in te uoluntate ſic uelim iudices. Aliquando pro inſtituto, uel ſententia et conſilio. Idem pro Flacco: Græcus teſtis, cum ea uoluntate proceſsit, ut lædat, nō iuriſiurandi, ſed lædendi uerba meditatur. Hinc Voluntarius, adiectiuum, quod fit ſponte. Plinius De uiris illuſtr. Voluntarium militem ſe obtulit. Voluntaria auxilia dicuntur, quæ ſponte dantur. Et hinc Voluntariè & Voluntariò, aduerbia: id eſt bono, & prompto animo, non coacto. Cæſar tertio belli Ciuilis: Milites electi circiter centū uiginti uoluntariè eiuſdem centuriæ ſunt proſecuti. Liuius 1. ab Vrbe: Inde ob reſiduas bellorum iras, maximè ſolicitatis ad defectionē animis uoluntariò traxere.

Vŏluo. uis. ui. duarum ſyllabarum, notæ ſignificationis. Vergilius 6. Aeneidos: Vbi mille rotam uoluêre per annos. Cuius compoſita ſunt, Aduoluo, pro agglomero, (προσκυλίω.) Conuoluo. συστρέφω, κυλίω. Circumuolo, (περιελίττω, περιειλέω.) deuoluo, reuoluo, inuoluo. Prouoluo, antè uoluo: ut, prouolutus pedibus. Reuoluo, explico, ſeu iterum uoluo, (ἐξελίττειν, ἀνελίττειν.)

Vŏluŏla, uermis, à uoluendo, quòd inuoluat ſe frondibus, easque amputet. Hunc Plautus Inuoluulum, Cato conuoluolum, Græci ἴψ nominant. Dicitur & Voluox Plinio libro 17. capite 18. * Eadem Volucra uidetur, de qua ſuprà.

Vŏlŭpĕ, delectabile, (καθ' ἡδονήν.) Plautus in Amphit. Nam quia nos tranquillos uideo, gaudeo, & uolupe eſt mihi. Ponitur & pro uoluptate. Dicitur & uolup, per apocopen.

Vŏlūptābĭlĕ, gratum, uoluptuoſum, (θυμῆρες.) Plaut. in Epid. Voluptabilem mihi tuo aduentu attuliſti nuncium.

Vŏlūptās, eſt elata præter modum lætitia, opinione præſentis alicuius boni, (ἡδονή.) Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet, uoluptas dicitur, quòd id maximè uelimus, Gallicè, plaiſir, ſoulas. Referturque ad animum, & ad corpus, quamuis nonnulli inſimulent ſolius corporis eſſe, ac turpem. Sed de honeſta legitur in Pſalmo: Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. De turpi, Cicero de Senectute: Diuinus Plato eſcam malorum appellat uoluptatem. Voluptatem eius capio, dixit Plinius Epiſtola 17. libri ſecundi, pro uoluptatem de eo capio. Cum uoluptate legere. id eſt cum delectatione.

Vŏlūptŭārĭŭs. ria. rium. (τερπνὸς) quod uoluptatem affert. Cicero 2. de Finibus: Ego malo lætitiam appellare, quaſi geſtientem animi elationem uoluptuariam.

Voluptuarius homo, qui ſe uoluptati dat, (φιλήδονος, φιλήδονος) Plaut. in Menæhmis: Voluptuarij atque potatores maximi, Tum ſycophantæ, &c.

Vŏlūptŭōsŭs, (φιλήδονος) habitum, et uehementiam ſignificat, & affectionem: ut, Voluptuoſus homo, qui perquam amat uoluptatem. Voluptuoſa res, quæ in ſe habet uoluptatem, & plena eſt uoluptatis, & quæ uoluptate afficiat. Ille recipit, hæc recipitur. Plinius.

Vŏlūtābrŭm, penultima producta, locus ubi ſues uolutantur,
» (κυλίστρα, ἀλινδήθρα.) Vergilius lib. 3. Georg. Sæpe uoluta-
» bris pulſos ſylueſtribus apros.

Vŏlūtātĭm, ſignificat iterum atque iterum uoluendo, (κατακυλιόμενον.) Plautus in Milite: Volutatim domum te rapiam.

Vŏlūto. tas. penult. producta, ſæpe uoluo, (στρέφω, κυλινδέω, συγκυλινδέω. Varro 3. de re Ruſt. ca. 9. Antè ſit ueſtibulum ſeptum, in quo diurno tempore eſſe poſsint, atque in puluere uolutari. Eſt & aliquando mente uoluo, & cogitatione per-
» quiro. Vergilius: Id quidem ago, et tacitus Lycidia mecum
» ipſe uoluto.

Vōmĕr, & Vomis, dictus quòd terram uomat. ὕννις. eſt enim
» id ferrum in aratro, quod liras facit. Vergil. 1. Georgic. Et
» ſulco attritus ſplendeſcere uomer. Ibidem: Vomis, & inflexi
» primum graue robur aratri.

Vōmĭcă, pen. cor. à uomendo, quòd pus inde manet, uel quòd qui habent, ſaniem reijciant. φλεγμονή. nam eſt tumor excreſcens, ſiue craſsities illa, quæ naſcitur in aliqua parte corpo-

ris, ſa-

ris, ſaniem frequenter emittens. Serenus: Sunt odio, quos di-
» ra uomit matura tumores Vomica, qualis erit, uel eidē pro-
» xima quædam. Plinius libro 20. cap. 12. Petroſelinon præcipuum ad uomicas. Hinc Plautus in Perſa, non infeſtiuiter Vomicam appellat crumenā nummis refertam, atq; tumentē. Quid hoc quod in collo tibi tumet? S A. uomica eſt, preſſare parce. Sumitur & pro receptaculo, ex eadem ſimilitudine. unde apud Plinium, Lapis legitur è uenis, cuius uomica liquoris æterni argentum uiuum appellatur. Noni. Caua, & uetuſtate obeſa, uomicæ nominantur.

Vŏmo. mis. mui. tum. eijcio, & propriè de cibo dicitur, & ſuperiore ex parte, quamuis ad alia transferatur. ἐμέθω, ἐμέω. Cicero pro Deiotaro: Cum, inquit, poſt cœnam uomere te uelle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt. Hinc Vomito. as. frequentatiuum: & Vomitio. onis, & uomitus. tus. uerbalia, idem. ἔμετος. & Vomitorius, adiectiuum, quod uim uomendi præbet. Plinius libro 21. capite 29. Hunc ſtomacho inutilem, & ideo uomitorium. Huius compoſita ſunt, Euomo, (ἐξεμέω, ἀποβλύζω) extra uomo. Reuomo, (ἀπεμέω) retrò uel rurſus uomo. Plinius libro 10. Simili modo auibus deuoratis ſolidis, contentione plurima, & cætera oſſa reuomunt.

Vŏpīſcŭs, dicitur qui ex duobus conceptis, uno abortu excluſo, ad partum legitimū ducitur. Plin. lib. 7. cap. 10. Vopiſcos appellabant è geminis, qui retenti utero naſcerentur, altero interempto abortu.

Vŏrāgo, pen. prod. barathrum dicitur, quòd in eam cadentia non emergant, ſed deuorari uideantur. διαχώρημα, βάραθρον. Cic. 1. De Diuin. Qui cum per agrum Leontinum iter faciens equum demiſiſſet in flumen, ſummerſus equus uoraginibus non extitit. Hinc uoraginoſus, adiect. quod eſt uoraginibus plenū. Hirtius 9. belli Hiſpanici: Nam paluſtri & uoraginoſo ſolo currebat ad dextram partem.

Vŏro. as. cibum non confectum deglutio. βρύκω, καταφάγω. Cic. 2. De Nat. Deor. Alia uorant, alia mandunt. Hinc per translationem uorare, capitur pro auidè ſumere. Plaut. in Truc. Interim ille Hamum uorat, ſi ſemel amoris poculū accepit merè. Cic. ad Att. lib. 4. Nos hic uoramus literas cū homine mirifico (ita me hercule ſentio) Dionyſio. Vnde uoraces, guloſi, plurimum uorantes. Cic. 2. Phil. Quæ Charybdis tam uorax? Et uoracitas. πολυφαγία. guloſitas. Compoſitum eſt, deuoro, de quo ſupra.

Vōrtĕx, (ἴλιγξ) uide Vertex.

Vōtīuŭs. a. um. pen. prod. quod ex uoto dari promittitur. ὁμο-
» λογηθείς. Horatius: Paſcitur in ueſtrum reditum uotiua iuuenca. Votiua uerba dicimus, quibus in faciendis uotis utimur: & uotiuas preces, quibus aliquid cum uoto poſcimus. Plinius lib. 7. Ludus pro ſalute diui Auguſti uotiuus. Cic. in Ver. Act. 2. Ludos uotiuos appellat, quos uouerat. Hieron. Votiuum tunc Chriſtianis erat, pro nomine Dei gladio percuti. Aliquando uotiuum ſignificat, quod uoto deſyderatum eſt. εὐκταῖον. Apul. lib. 6. Tota ciuitas ad uotiuum conſpectum effunditur. Votiuæ aures, quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. in Caſ. Aures uotiuæ ſi ſunt, animum aduortite. Votiua legatio, uide ſuprà Legatio.

Vōtĭtŭm Veteres dici uoluerunt, religione aliqua prohibitū. Plaut. in Aſin. Nolo habere illam cauſſam, & uotitam dicere. id eſt uoto conſecratam.

Vōto. as. ὁμολογέω. à quo fit frequentatiuum Votito. tas.

Vōtŭm, promiſſio facta Deo. ὁμολογία. Cicero: Ego me maiore religione, quàm quiſquam fuit ullius uoti, obſtrictum puto. Vnde uota nuncupare, eſt diuis uoce polliceri & diſtinare, pro fœlici rerum euentu. Sed quia ea ualde deſyderamus, quæ uoto à Deo poſcimus, fit ut aliquando uotum pro uoluntate, & deſyderio ſumatur. εὐχή. Plinius Epiſt. 45. Hanc ego uitam uoto & cogitatione præſumo. Vnde uoti compotem dicimus eum, qui deſyderium ſuum aſſecutus eſt. Et uota facere, pro optare, uel precari. Cicero: Nemo eſt, qui uota uictoriæ tuæ fecerit. Et pro uoto ſuccedere. κατὰ γνώμην προχωρεῖν. id eſt pro deſyderio. Voto aliquem fingere. Plinius Epiſt. 112. Tibiq;, ut qui explorauerim, ſpondeo habiturum te generum, quo melior fingi ne uoto quidem potuit. Quod Gallicè dici ſolet, non en' pourroit ſouhaiter ung meilleur. * Ad uotum, uide ſupra.

Vŏuĕo. ues. ui. tum. Deo aliquid ſanctè promitto. ὁμολογέω. Liuius: In re trepida duodecim uouit Salios, fanaq; Pallori, & Pauori. Vouere caput pro ſalute patriæ, dixit Cic. 5. De Fin. pro ſe, pro ſalute patriæ periculis obijcere. Huius compoſitum eſt, Deuoueo, quod eſt, deſtino. Vnde & deuotum, deſtinatum. Var. Tu deuoto tibi animo utere.

Vōx, uide ſuprà Voces.

V ANTE P.

VPīlio. onis. maſcul. generis, poſitum eſt à Vergil. pro opilione, cauſa metri, Ecloga 10.

» Venit et upilio, tardi uenere ſubulci.

Vpŭpă, auis, criſtis à capite exeuntibus galeata, in fimo ſemper commorans. ἔποψ. Plautus in Capt. Itidem huc mihi aduenienti upupa, quæ me delectet, data eſt.

V ANTE R.

VRănŏs apud Græcos cœlum dicitur quaſi oranos, (ut inquit Ambroſius lib. Hexameron) ab ὁράω. quod ſit uiſui peruium, et minime denſum, ut eſt aqua & terra.

Vrbānātĭm. ἀστείως. idem quod urbanè. hoc eſt modeſtè, eleganter. Pompo. Ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio.

Vrbānĭcānī milites (ἀστυκοὶ στρατιῶται) dicuntur, non tam qui urbani ſunt & Romani, quàm qui ad urbem pertinent.

Vrbānĭtās, (ἀστεισμὸς, χαριεντισμὸς) ut Demoſthenes ait, illa eſt, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neq; ſenſu, neq; uerbis, neq; ore, geſtú ue poſſit deprehendi. Quint. lib. 6. ca. 3.

Vrbānŭs. na. num. idem quod urbicus. ἀστυκός, ἀστεῖος. ut, urbani mores, urbana curia, aut qui in urbe habitat, cui opponitur ruſticus. Plaut. in Merc. Vrbani fiunt ruſtici? Vrbana prædia, omnia ædificia accipimus, non ſolum ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula ſunt, uel alia meritoria in uillis, & in uicis: uel ſi prætoria uoluptati tantum deſeruientia, quia urbanum prædium non locus facit, ſed materia. Aliquando urbanus dicitur cultus. χαρίεις, κομψός. hoc eſt qui in uerbis & ſono, & uſu proprium quendam præ ſe fert uerbis geſtum, et ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem. Cicero pro domo ſua, Et homo facetus inducis etiam ſermonem urbanum & uenuſtum. Et differt à dicaci, quòd dicax eſt, cuius ſermo cum riſu aliquem inceſſit. Ideo Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem negāt. Quemadmodum autem urbanum, & dicacem hominem dicimus, ita urbanum, & dicacem ſermonem: unde urbanitas, & dicacitas tā de oratione, quàm de homine dicitur. Hinc urbanè, aduerbium, facetè, modeſtè, eleganter. Cic. 1. de Fin. Vt è patre audiebam facetè, & urbanè, &c. Ab urbanus fit ſuburbanum, & anteurbium. τὰ προάστεια.

Vrbārĕ, aratro deſinire.

Vrbĭcŭlă, (πολίχνιον) diminutiuum, parua urbs, quæ uulgò Citadella appellatur.

Vrbĭcŭs. ca. cum. quod ad urbem pertinet. ἀστυκός. ſicut ruſticus. ca. cum. quod ad rus. Gell. lib. 15. cap. 1. Si quod autem poſſet remedium eſſe, ut ne tam aſſiduè domus Romæ arderent, uenum hercle dediſſem res ruſticas, et urbicas emiſſem. Sueto. in Auguſt. Vt feraciorem habilioremq; annonæ urbicæ redderet.

Vrbĭcārĭă procuratio, (ἀστυκὴ ἐπιτροπή) à Iureconſultis dicitur, quam urbanam intelligi uolunt.

Vrbīnă. næ. teli genus. Plaut. in Bacch. Si tibi eſt machæra,

& nobis urbina eſt domi. Fulgentius legit hoc loco Verui-
nam, & interpretatur iaculi genus, quod uerutum uocant.
* Vide Veruina.

Vrbs, (ἄσυ) oppidum muro cinctum, ab uruo aratri curuatura
dicta, quòd antiqui iunctis bobus tauro & uacca, Hetruſco
ritu in condendis urbibus, interiore uacca, aratro circuma-
gebant ſulcum, intra quem urbem ædificarent. Hoc faciebãt
religionis cauſſa die auſpicato, ut urbs foſſa, muroq́; munita
eſſet, & locum unde terram fodiſſent, foſſam uocabant. Ver
» gil. li. 1. Georg. Apta dies legitur, qua mœnia ſignit aratro.
Quidam ab orbe, urbem appellatam putant, quòd ſulcus in
orbem duceretur. Nam ciuitates antiquæ in orbem fiebant.
Et propriè Roma urbs dicta eſt per antonomaſiam, cum cæ
tera dicantur oppida, ut teſtatur Quintilian. libro 8. cap. 2.
» Eſt autem urbs ædificia ipſa. Verg. Vrbs antiqua fuit, Ty-
» rij tenuere coloni, Carthago. Ciuitas, coloni, qui ciues di-
cuntur. Apuleius: Quod omnis ciuitas approbauit. Sed con
funduntur quandoq́;, quòd urbs pro ciuitate ponatur. Ver-
» gilius: Inuadunt urbem, ſomno uinoque ſepultam. Per me-
tonymiam dictum, ut ait Quintilianus lib. 8. cap. 6. Et ciui-
tas pro urbe. Seneca: Cum pleraſque ciuitates uiderimus
terræ motu funditus collapſas. Ab urbe fit ſuburbium &
ſuburbanum, urbanus, & urbicus: ſicut ab oppido oppida-
nus, & oppidicus.

Vrcĕōlārĭs herba, (παρθένιον) à Veteribus dicta eſt, quæ &
parietaria, ſiue ut alijs placet, muralis, quòd in muris, & pa-
rietinis naſcatur. Dicitur et perdiciũ, uide Plin. li. 22. ca. 17.

Vrcĕŭs, ut Paulus Iureconſultus ait, eſt uas, quo aqua in ur-
» nam infunditur, uel in ahenum. κεράμιον. Martialis libro 14.
» Hic tibi donatur panda ruber urceus anſa, Stoicus hoc geli
» dam Fronto petebat aquam. Hinc urceolus, diminu. Col.
lib. 12. ca. 16. Eodem tempore ſorba manu lecta, curioſe in ur
ceolos picatos adijcito.

Vrēdo, (καυθμὸς) morbus herbarum, fruticũ, arborumq́;, qui
in uitibus etiam carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo,
ſata, plantas, arboresq́; audurens. Cic. 3. de Nat. Deo. Nec ſi
uredo, aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduerten-
dum fuit. Interdum uredo ſignificat incendium ac pruri-
tum. Plin. de urtica piſce, Hæc tactu uredinem excitat.

Vrētērēs (οὐρητῆρες) Græcis dicuntur à renibus ſingulæ uenæ,
colore albæ, quæ ad ueſicam feruntur, quòd per eas inde
deſcendentem urinam in ueſicam deſtillare concipiunt, te-
ſte Celſo lib. 4. cap. 1.

Vrgĕo. ges. ſi. cogo, premo, impello. ἐπάγω, ἐπισπέρχω. Vergil.
» 3. Georgic. Ima Soluuntur latera, atq; oculos ſtupor urget
» inertes. Et urgere, inſiſtere. Lucil. Cæde hoſtium gnato ur-
gere inſtant, perimus. Cicero 4. de Finib. Vrgent tamen, &
» nihil omittunt. Item tegere, Verg. li. 2. Geor. Qui ſaxo ſu
» per, atq; ingenti pondere teſtæ Vrgerent. Item accelera-
» re, ut apud eundem lib. 9. Aeneid. Veſte tegens, tibi quam
» noctes feſtina, diesq́; Vrgebam, et tela curas ſolabar anileis,
Item infeſtare, & exercere. Cic. pro Rab. Satis eſt homi-
nes lapſos non erigere: urgere uerò iacentes, aut præcipitan
tes impellere, certè eſt inhumanum.

Vrī. οὖροι. boues ſylueſtres, quos uulgus bubalos uocat, feri ſunt,
& uelocitate excellentes, cornua taurinis ſimilia, ut author
eſt Solinus. Capaciſſima ſunt adeò, ut in menſis uicẽ præbe-
ant poculorum. Quinetiam Albertus Magnus libro 23. De
Animalibus ſcribit, tantam eſſe uris in cornibus uaſtitatem
ac robur, ut hominem cum equo uentilent. In Germania pe
culiariter gignuntur, ut Cæſar & Plinius teſtantur. Dicti
uri ἀπὸ τῶν ὀρέων. id eſt à montibus, quia in montibus eſſe con-
» ſueuerunt. Verg. 4. Georg. Quæſitas ad ſacra boues Iuno-
» nis, & uris Imparibus ductos altá ad donaria currus. unde
Plinus lib. 8. cap. 15.

Vrĭcă. æ. ſatorum uitium, ab uſtione. Plin. 18. cap. 17. Commu-
ne autem omnium ſatorum uitium, ūrica.

Vrīgo. inis. fœm. gen. pro uredine, quæ ex cauſtica ui medica-
menti alicui parti, admoti prouenit. Plin. lib. 20. cap. 22. 3.
Att. In magna duritia ſine filo impoſitum: uel, ſi uehemen-
tior urigo timeatur, per duplices pannos. * Vide Vſtrigo.

Vrīnă, à Græco οὐρέω, meio: à quo οὖρον. urinam dicunt Lati-
ni lotium, à ſupino lotum, lo tamen ſyllaba præter naturam
primitiui corripitur. Col. lib. 2. cap. 15. Aptior eſt tamen ſur
culis hominis urina, quam ſex menſibus paſſus fueris uetera
ſcere. Vrinam facere, & urinam reddere, idem quod meie
re. Plin. lib. 8. ca. 16. Vrinam mares crure ſublato reddere,
ut canes. Col. lib. 6. ca. 30. Cum ſuo tempore urinam non fece
rint. Vrina genitalis, eſt genitale ſperma. Plin. lib. 8. cap. 43.
Incontinens aſinæ uterus genitalem urinam reddit, ni co-
gatur in curſum uerberibus à coitu.

Vrīno. nas, (κυβιστᾷν) ſiue urinor, deponens. ὑποδύεσθαι. penult.
prod. eſt in aquam mergi, & natando emergere. Nam & ur
uum ita flexum deorſum eſt, ut redeat ſurſum. Vrinare ergo
dictum, quaſi ad ſimilitudinem uruinare. id eſt natare. Plin.
lib. 11. ca. 37. Eadẽ eſt cauſa, quia ſub aqua diu ranæ, & pho
cæ urinentur. Hinc urinatores, apud Varronem, qui in a-
quam merguntur, & ſub ea natant. δύται, ὕφυδροι, δύθροι, κο-
λυμβηταί. Calliſtratus Iureconſultus ita appellat eos, qui
merces è mari extrahunt, nauigij gratia iactatas. Hinc cõ
poſitum, Inurino. Colu. lib. 8. Lacus piſcinaq́; fiant, ut ſint,
quibus inurinare poſsint aues.

Vrīnŭm ouum, quid ſit explicat Plin. lib. 10. ca. 58. Palumbes,
& turtures plurimum terra pariunt oua, nec plus quàm bis
ferè pariũt, atq; ita ſi prior fœtus corruptus eſt. Et quamuis
tria pepererint, nunquam plus duobus educant. Tertium,
quod irritum eſt, urinum uocant.

Vrnă, propriè uas aquarium, quod in aqua haurienda urinat.
id eſt, mergitur, atq; emergitur. κάλπη. Plautus in Pſeud.
Tu qui urnam habes, aquam ingere. Hinc urnalis, & le.
quod ad unam pertinet. Vrnales caniculi, uel urcei. id eſt
urnam cõtinentes. Cato ca. 13. Vrceos fictiles, urnales duos,
trullas ligneas duas. Cuius diminutiuum eſt urnula. Cic.
in Paradoxis, Minus ne gratas Dijs immortalibus capedi-
nes, ac fictiles urnas fuiſſe, quàm delicatas aliorum pateras
arbitramur?

Vrnārĭŭm, menſa quadrata, quòd urnas cum aqua poſitas ibi
potiſsimum haberent in culina. Hoc apud nos plurimi mar-
moreum faciunt, foramine per quod aqua effluat relicto, ac
ſuper id eſcaria uaſa epulis uncta, per ancillas lauãtur. Var.
Ad quam rem nobis eſt confluuiũ, ad quam rem urnarium?
Eſt & urnarium balnei, ab urna uaſe aquario.

Vro, uris, uſsi, uſtum, ardeo. φλέγω, καίω. Cicero 1. Tuſcula.
Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut uran
tur calore. Dicitur & de frigore, nam & frigus urit. Lu-
» can. Vrebant montana niues. Per translationem ponitur
» pro cruciari, ſic πυρακαίω Græcè. Vergil. Vrit atrox Iuno.
» Vri uirgis, eſt cædi, flagellari. Hora. 2. Serm. Quid refert
» uri uirgis, ferroq́; necari? Ex percuſsione etiam uirgarũ cor
pus caleſit, ac inflãmatur. Eodẽ modo & calceus anguſtior
» dicitur urere pedem. Hor. li. 1. Epiſt. Vt calceus olim Si pe
» de maior erit, ſubuertet, ſi minor uret. Vro hominem, apud
Terent. in Eunu. per translationem ſignificat dolere cogo,
authore Donato, aut ango. Hinc urito. as. freque. Plaut.
in Moſt. Calidum hoc eſt, & ſi procul abeſt, uritat malè. Et
» uſtor, uerbale, qui corpora in buſtuarijs cremat. Martialis
» lib. 3. Vſtorq́; tadas præferat nouæ nuptæ. Huius compoſi
» ta ſunt, Aduro, quod eſt circumuro. προσφλέγω. Vergil. Ra-
» pidi ue potentia ſolis Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus
» adurat. Deuro, exuro, comburo. Peruro, ualde uro. A quo
pruina. Inuro, quod eſt adhibito igni fingo, et ſtigma indele-
tile imprimo. προσείβω, ἐντήκω, ἀναμόργνυμαι.

Vrŏpygiŭm, & orrhopygiũ, eſt anguſta & ultima ſpinæ pars, ſiue (ut Iulius Pollux inquit) ſpondyli finis podici imminentis, quaſi terminus pygæ, ſiue finis uertebræ. Græcè οὐροπύγιον. Ariſtoteles libro ultimo de Animalibus, Vt caudam quadrupedum uult eſſe, ita uolucrum uropygium, & earum duntaxat, quæ ſciſſas alas habent. Orrhopygium ita datum uolucribus ad dirigendos uolatus, quemadmodum nauigijs temones. Martialis libro 3. Et anatis habeas uropygium macræ.

Vrpĭx.cis.inſtrumentum ruſticum. Cato cap.10. Vrpicem unum, crates ſtercorarias quatuor, &c.

Vrrŭncŭm.ci.quid ſit, declarat Var. his uerbis li.1.de re Ruſtica, cap.48.de ſpica loquens, Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quòd eſt minus quàm granũ, uocatur frit, quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum: item minus quàm granum eſt, appellatur urruncum.

Vrsă, (ἄρκτος) fœmininum ab urſus. Plin.lib.10.cap.63. Informia etiam magis quàm ſuprà dicta urſæ pariunt, &c.

Vrsŭs, (ἄρκτος) animal ferum, à quo fiunt diminutiua, urſulus, urſellus, (ἀρκτίον.) adiectiuum urſinus. a.um. (ἄρκτειος) quod eſt ex urſo, ut caro urſina. Plin.lib.8.cap.36. Quoniam potum in urſinam rabiem agat.

Vrtīcă, genus herbæ, ab urendo, quòd eius folia tacta acerrimè urant. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam, quòd uredinem tactu excitet, de quo Plin.lib.9.cap.45. Conſtat, ſi equæ marem non admittant, & urtica infricetur natura, libenter coitum pati. Scribunt phyſici, urticã in cibis coctam utiliſsimam eſſe lieni, uentris duritiei, articularibus & podagricis morbis, arteriæ, tuſsi, uentris diſtillationi, ſtomacho, pectus præterea purgare, urinam eijcere, ſanguinem narium ſiſtere, calculos rumpere, uuam reprimere. Græcè autem ἀκαλύφη urtica dicitur.

Vruŭm, aratri curuatura. A quo uruo.as. quod eſt aratro definio. Feſtus, Vruat, apud Ennium in Andromeda, ſignificat circumdat, ab eo ſulco, qui fit in urbe condenda uruo aratri, quæ fit forma ſimilima uncini curuatione buris & dentis, cui præfigitur uomer.

V ANTE S.

Vsĭă, (οὐσία) cum accentu in penult. Latinè eſſentia, ſiue ſubſtãtia dicitur. Auguſt.in Dialect. Vſia eſt propriè, & principaliter dicta, quæ neq; in ſubiecto, neque de ſubiecto ſignificatur, ut eſt, hic homo, uel hic equus. Secundæ dicuntur uſiæ, genus & ſpecies: id eſt animal, & homo, quod ſolæ indicent primam: ut ſi quis nolit uel neſciat dicere Socratem, dicat animal, uel hominem. id eſt genus uel ſpeciem, quibus dictis, quid ſit Socrates agnoſcitur.

Vsĭtŏr, pen.cor frequenter utor. νομίζομαι. Gellius libro 1.capite 10. Romanos quoq; homines aiunt ſic plerunq; anulis uſitatos. A quo uſitatus, uſitatior, uſitatiſsimus, quod in uſu eſt: ut, uſitata conſuetudo, uſitata uocabula, uſitatus mos. Cicero 3. Ver. Cur in re tam ueteri, tam uſitata, quicquam noui feceris? Hinc uſitatè, aduerbium. Cic.4.de Finib. Cur igitur cum de re conueniat, non maluimus uſitatè loqui? Inuſitatus. ἀσυνήθης, παράδοξος.

Vspĭăm, (πού) pro uſquam, & in loco, & ad locum ſignificat. Teren. Adel. Aut uſpiam cecideris. Plaut.in Caſ. Num me es expertus uſpiam? id eſt in re aliqua, uel in aliquo negotio.

Vſquăm, (πού) alicubi, quaſi uno quouis loco. à quo Nuſquam, nullibi.

Vſquĕ, (ἄχρι, μέχρι) præpoſitio eſt, ſignificans continuationem, & finem actus, puta loci, temporis, & huiuſmodi. Vſque ad diem dominicum tecum futurus ſum. Vergilius, Vſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Sed cum nominib. proprijs locorum, uel domus, rus, militia iungitur, frequentius ſine alia præpoſitione ponitur. μέχρι, πρὸς, εἰς. ut, Vſq; rus propero. Quandoq; tali accuſatiuo poſtponitur. Teren.in Adelph. Miletum uſque obſecro? Quandoque additur ad. Cicero pro Deio. Vſq; ad Numantiam miſit. uide ſuprà, Adusque. Cum alijs uero iungimus ad uel in: ut, uado uſque in Hiſpaniam, uado uſq; ad Padum. Interdum etiam de loco eſt. Terentius in Eunucho, Ex Aethiopia eſt uſq; hæc. Quandoq; aduerbium eſt, ſignificans aſsiduè, (διὰ παντὸς) diu, multum uel ualde. Idem in Adelphis, Cteſiphome pugnis miſerũ & iſtam pſaltriam uſq; occidit. id eſt propè, uel uehementer cecidit. Nam occidere ad cædem Veteres referebant. Cicero Cornif. Mihi curæ uſq; erit, quid agas. Vergilius lib. 6. Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat uſq; morari. Aliquando interrogatiua eſt particula, & ponitur pro hactenus ne. Plautus in Epid. Bene'ne uſq; ualuiſti? Vſque ad hunc, eleganter ponitur pro eo quod eſt, hoc excepto. Plinius Epiſt.35. Aſſenſerunt conſules deſignati, omnes etiam conſulares uſq; ad Pompeiũ. id eſt excepto Pompeio. Vſq; affatim, eſt quod dicitur, uſq; ad ſatietatem. Plau.in Pœn. Edas de alieno quantum uelis, uſq; affatim. Vſq; adhuc, id eſt hactenus, uel hucuſq;. Plautus in Aulul. Quod celatum eſt, atque occultatum uſq; adhuc, nunc non poteſt. Vſquedum, id eſt uſquequo, quoad, quandiu. Plaut. in Menæh. Vſquedum regnum obtinebit Iupiter? Vſqueadmodum dum, poſuit Cato ca.136. pro tandiu uſqueadeò dum. Poſtea (inquit) ubi iterum occipiet feruere, pauliſper dimittito uſqueadmodum, dum quinquies quinq; numeres.

Vſquĕāntĕhāc, (μέχρι πρὸ τούτου) id eſt antequam, ſicut exponit Donatus, ibi iunguntur duæ præpoſitiones, ſed una eſt uelut aduerbium. Nulla enim præpoſitio præpoſitioni iungi ſeparatim poteſt, ſed uſq; eiuſmodi eſt, ut ſine aliqua præpoſitione raró inueniatur. Terentius in And. Vt animus in ſpe, atq; in timore uſq; antehac attentus fuit, id eſt antequam tua uerba audirem.

Vſquĕ ĕō, & uſqueadeò, (παρὰ τοσοῦτον) id eſt intantum, uel tandiu. Cicero, Vſq; eò ut ego miſererer eius. Auguſtinus, Vſq; adeò inter frementes permanſit intrepidus, & inter lapidum fuit cruciamenta ſecurus, ut incredulitatem Iudæorũ fidenter argueret.

Vſquĕquāquĕ, (πανταχοῦ, πάντως) paſsim aſsiduè, ſemper, quaſi in unoquoq; loco, ſiue in unoquoq; tempore. Cicero Trebat. Vſquequaq; ſapere oportet.

Vſquĕquō, (ἕως οὗ) idem ſignificat quod quouſq;, donec, quoad, quandiu, quaſi ad unum aliquod tempus, uel locum: ut, Vſq; quo ebria eris? Varro lib.1.de re Ruſt.cap.2. Quod iubet ranam luridam conijcere in aquam, uſquequo ad tertiam partem decoxeris.

Vſtrīgo, pen.prod. uredo dicitur. Ambr.lib. Hexam. Non deſinit eſſe triticum, ſi aut uſtrigine aduratur, aut imbre madidetur. uide Vrigo.

Vſtrīnă, (τὰ καυτηρεῖα) pen. prod. locus in quo metalla candeſcunt, ut laborentur. Plin.lib 36.ca.21. In uſtrina ter ſiccantur, ita ut torreãtur carbone puro, ac toties uino reſtinguantur albo. Vſtrina, ait Feſtus, locus dicebatur in quo mortuus combuſtus fuerat, qui alibi ſepultus erat.

Vſtŭlo.las.pen.cor. ab uro fit, idemq; quod uro ſignificat. καίω, καυτηριάζω. Pacuuius. Candenti ferro crines uſtulare. Liu. Pauci ſemiuſtulati uenêre in poteſtatem.

Vsūcăpio.is. id eſt mihi attribuo, uendico, in meum uſum conuerto. Vnde uſucaptio, ſiue uſucapio.onis. quæ eſt ab uſu acquiſitio, uel adiectio dominij, per continuationem poſſeſsionis temporis longè definiti, utputa triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis ſit, quam poſsidemus. χρονιολαβέω. trium annorum, ſi mobilis. Recentiores primam illam præſcriptionem, hanc uero uſucapionem uocant. Ita enim dicitur uſucapio, ſicut pignoricapio. Cato, Hæc pignoricapio ob æs militare facta eſt, quòd æs à tribuno ærario miles accipere debeat. Paulus, Qui alienã rem mortis cauſa traditam

uſu cepit, non ab eo uidetur accepiſſe, cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui uſucapionis præſtitiſſet.

Vſūālis, & le. idem quod uſuarius. Martian. in l. interdum, de public. Quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit ſiue uenalia, ſiue uſualia, in pœna commiſsi eſt.

Vſūārĭŭs, (ὁ χρώμενος) dicitur ille cuius eſt uſus, qui rei uſum capit. Vſuarius uero adiect. quod uſu abſumitur. Gell. lib. 4. cap. 1. Ex ijs autem quæ promercalia, & uſuaria in locis ijſdem eſſent, ea ſola eſſe penoris putat, quæ ſint uſu annuo.

Luc. lib. 1. Hinc uſura uorax, auidumq; in tempore fœnus.

Vſūrā, uſus dicitur. Seneca, Si mihi unius diecula uſurā permiſiſſet. Plaut. in Amph. Vſuramq; eius corporis cepit ſibi. Vnde & pecunia, quæ in fœnore ſorti accedit, uſura dicitur, quoniam ex uſu acquiratur. Hanc Varro impendiū uocat, quòd inter ſe iungat, unumq; fiat quaſi compendium. Sidonius Apollinaris Poſteriora uocat: quoniam qui fœnus agitant, & in uſuras extendunt, uidentur aggregare poſteriora prioribus, & ortis oritura connectere. Ob id Græci τόκους uocant eas, quaſi partus poſteritatem. Interuſurium, (ὁ μεταξὺ τόκος) uſura eſt, quæ medio tempore fluxit. Ponitur aliquando uſura pro familiaritate, conuerſatione. Cicero, Longa, quæ inter nos fuit, uſura hoc efficit.

Vſūrārĭŭs. a um. ex quo capitur uſus. δανειστικός. Plau. Amph. Alcmenam uxorem cepit uſurariam.

Vſūrpārĕ, (προβάλλω, χράομαι) eſt in frequenti uſu habere, & hoc ſiue uerbis, ſiue factis fiat. Colum. lib. 1. Nam illud quod in quibuſdam prouincijs uſurpatur, ut cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum eſt ab omnibus. Cic. Quod ſemper uſurpamus in orationibus, dictis ac factis, minimis aut maximis, cum hoc decere dicimus, illud non decere. Igitur uſurpare, eſt frequenter dicere, ſeu frequenter facere. Iureconſulti uſurpare, pro præter ius uti utuntur, (ἰδιοποιοῦμαι, ἐπιχράομαι, πλεονεκτέω.) Gellius lib. 3. cap. 2. Mutium Iureconſultum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ cum Calendis Ianuarijs apud uirū cauſa matrimonij eſſe cepiſſet, ante diem quartum Calendas Ianuarias ſequentes uſurpatum iſſet, non poſſe impleri trinoctium: quod abeſſe à uiro uſurpandi cauſa ex duodecim tabulis deberet, quoniā tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperēt ex Calendis.

Vſŭs, (χρῆσις) ipſe utendi actus. Vergilius, Nam neq; erat corijs uſus. Plinius Epiſt. 20. Vſus, magiſter egregius. Interdum conſuetudo, conuerſatio, familiaritas. συνήθεια. Quintil. Mulierem cum qua illi longus fuerat uſus. Interdū opus. Vergilius libro 8. Arma acri faciunda uiro, nunc uiribus uſus, Nunc manibus rapidis. Interdum fructus, & utilitas, tam in ſingulari quàm in plurali, quòd ſoleamus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus. χρεία. Apul. Cum id ex uſu meo non eſſet. οὐ χρειώδης. Cicero ad Atticum lib. 1. Fuit & mihi, & Qu. fratri, magno uſui in noſtris petitionibus. Hinc utilis, (χρήσιμος) & utilitas. Vſus uenit, ponitur pro opus eſt. Terentius in Heauton. Non uſus ueniet, ſpero. Hoc eſt non opus erit, non erit neceſſe. Plautus in Bacc. Aufugero hercle, ſi magis uſus uenerit. Vſu uenit uero. id eſt accidit, euenit, (ἐνδέχεται.) Cicero pro Quin. Nam quid homini poteſt turpius, quid uero miſerius, aut acerbius uſu uenire?

Vſus fructus, (ἐπικαρπία, ἐκάρπωσις) dicitur, cum res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atq; utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. Definitur ab Vlpiano l. 1. De uſufruct. quòd ſit ius alienis rebus utendi fruendiq;, ſalua rerum ſubſtantia.

V ANTE T.

VT, (ἵνα, ἐφ᾽ ᾧ, ἐφ᾽ ᾧ τε) coniunctio cauſatiua, cauſam finalem dicens, ut ſi quis dicat, Dedi tibi librum, ut legeres. id eſt propter hanc cauſam. Cic. Lentulo, Non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent. Interdum adiunctiua eſt. Plautus, Is mihi ſuaſit ut ad te irem. Interdum elegantiæ cauſa ponitur. Cicero, Inuitus feci, ut C. Flaminium de ſenatu eijcerem. Nihil enim ſignificat, niſi inuitus eieci. Interdum ponitur pro quod. Terentius in Phorm. Nihil do, ut etiam impuratus ille me irrideat. Interdum eſt aduerbium temporis, & ſignificat poſtquam, ex quo, ſtatim, poſtquam, ex quo primum, (ὡς, ἐπειδή.) Vergilius, Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi. Idem, Turnus ut infractos aduerſo Marte Latinos. Interdum aduerbium qualitatis, & ſignificat quomodo, cum quadam admiratione, (ὡς.) Idē, Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error, (ἐπειδή.) id eſt ſtatim, poſtquam uidi, ſiue cum primum uidi, quomodo perij. Aliquando interrogatiuè, cum admiratione. Cicero pro Milone, Vt contempſit? ut pro nihilo putauit? Interrogatiuè ſine admiratione. Plautus in Perſa, Vt uales? (πῶς ἔχεις) id eſt quomodo uales? Aliquando ſimilitudinis, (ὡς.) Terentius in Phormione, Vt nunc ſunt mores. id eſt ſicut. Quandoq; ei poſtponitur ita, & ſuperlatiuo iunguntur pro tanto, & quanto. Cicero libro de Orat. Vt quiſque optimè Græcè ſciret (ὡς) ita eſſe nequiſsimum. Vbi notandū quòd licet quidā præceperint in hac iunctura, ita & ut, ſemper reſpondere gradus. Ouidius tamen in Hero. dixit, Vt ſerus eſt multoq; ſuis truculentior Euris Spectaſſet ſiccis uulnera noſtra genis. Non enim ſiccioribus dixit. Ponitur nonnunquam pro utpote, id eſt tanquam. Liuius, Gens ut in ea regione diuitijs præpollens, (ὡς κατ᾽ ἐκείνην τὴν χώραν.) Quandoque pro quippe. Quintilianus, Nec ignoro, quos tranſeo, nec utiq; damno, ut qui dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid. Interdū ſignificat ita ut, ſiue propter quod, uel quapropter, (ὥστε) ut ſi dicam, Quotidie hoſpites ad me ueniunt, ut incipiam iam ſtomachari tantam frequentiam. Plaut. in Pœn. Olent, ſalſa ſunt, tangere ut nō uelis. Item eſt aduerbium optandi, (ὄφελον) & ponitur pro utinam: unde Terentius in Eunucho, Vt illum dij, deæq; ſenium perdant. Item ſignificat ſecundum quòd. ὥστε. Quintilianus, At uerè orator ut eſt ſemper ad dicendum paratus. Cicer. in Cat. Ma. Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis, ſcientia iuris augurum. Multæ etiam ut in homine Romano literæ. Interdum ſignificat quantum. Plaut. in Aſi. Vt noſtræ fortunæ procedunt Libane? Aliquando ponitur pro quemadmodum, ſiue quomodo, ſine interrogatione, & ſine admiratione. Terentius in And. Ego poſtquam te emi à paruulo, ut ſemper tibi Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus, Scis. Ponitur pro quamuis. κἄν. Plautus, Vt iſthuc periculum ingens ſit, me tamen non tremefacit. Ouidius ad Ruf. Vt deſint uires, tamen eſt laudanda uoluntas. Pro quàm. μή. Cicero pro Cluent. Tum appellat hilari uultu hominem Bulbus, ut blandiſsime poteſt. Pro ne nō. Terent. in And. Dies hic mihi ut ſatis ſit, uereor ad agendum. Iungitur modò indicatiuo, ut ſuſtinui. Modò optatiuo, ut faciam. Modò ſubiunctiuo. Verg. Infandum regina iubes renouare dolorem, Troianas ut opes, & lamentabile regnum Eruerint Danai. Ab ut, fit uti, et addendo nam, fit utinā: ſicut, ſicuti, uelut, ueluti. Prout, id eſt ſicut.

Vtcūnquĕ, (ὁπωσδήποτε, ὁπωσδηποτοῦν) ſignificat quomodocunque, quoquomodo, uel omnibus modis. Liuius in Præfat. libri 1. Vtcunq; erit, iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi, pro uirili parte & meipſum conſuluiſſe Ponitur aliquando pro ſecundum quod, quemadmodum, uel quomodo. Plaut. in Epid. Vtcunque in alto eſt uentus Epidice, ex imo uelum uortitur. Idem in Pœnu. Vtcunq; eſt uentus, exin uelum uortitur.

Vtēnsĭlĕ, (χρειώδης) pen. cor. quod eſt ad uſum noſtrum neceſſarium. Colum. lib. 11. Vtenſilia quibus aut alitur hominū genus, aut etiam extollitur.

Vtĕr, utris, (ἀσκός) generis maſculini, pellis qua uinum, aut

oleum

oleum deferri ſolet. Vergil. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres. Hinc utriculus diminutiuum, paruus uter. Vtricularius, qui canit tibijs infixis utriculo, & uocantur tibiæ utriculares. Suet. in Nerone, Vouerat ſe proditurum hydraulam & choraulam, & utricularium.

Vtĕr, uteri. & uterus, uteri. (γαςὴρ, δελφὺς) dicitur quem alio nomine locos appellant, & uulgò falsò matricem, cum matrix ſit fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. Exiſtimat Plinius uuluam dici in cæteris animalibus, in muliere uterum. Idem tamen lib. 8. cap. 43. aſinæ uterum tribuit. Ideo uterus dicitur, quia continet, & tanquam uter eſt ad fœtum continendum, ad prægnantesq; pertinet. Plautus in Aul. Perij mea nutrix, obſecro te, uterus dolet. Et uterũ gerere, (κύειν, κυίσκειν) eſſe grauidam. Quandoq; tamen ſumitur pro uentre. Vergilius, Vterũq; armato milite complent. Cæcilius, Nunc uter creſcit, non poteſt cælari. Hinc uterinus, qui ex eodem utero prodijt. Inſtit. lib. 3. tit. de dono poſſeſſ. Frater, ſoror ue, conſanguinei, uel uterini.

Vtĕr. ra. um. (πότερος) ſignificat quis unus ex duobus, poniturq; interrogatiuè: ut, Vter ueſtrum fecit hoc? Indefinitè, (ὁπότερος) ut, Scio uter ueſtrûm hoc fecerit. id eſt quis ueſtrûm hoc fecerit. Dicimus uter alterum. Plinius, Vter alteri dixerit, neſcio. Similiter dicimus, uter utrum. Cicero pro Milone, Vter utri inſidias fecerit. Ponitur aliquando pro alteruter. Cicero in Frumentaria, Omnium controuerſiarum quæ eſſent inter aratorem & decumanum, ſi uter uelit, edicit ſe recuperatores daturum. Hinc fiunt compoſita, quæ poſt ſequuntur.

Vtĕrcŭlŭs, (γαςείδιον) diminutiuum eſt ab uter, pro uentre. Plin. Et in uterculos congeſtus apum liquor. ore enim eum euomunt.

Vtĕrcūnquĕ, idem quod uteruis, ſeu uterlibet. Cic. ad Torquatum lib. 6. Magnæ utrinq; copiæ ita paratæ ad pugnandum eſſe dicuntur, ut utercunq; uicerit, non ſit mirum futurum.

Vtĕrīnŭs, qui ex eodẽ utero prodit. Inſtit. lib. 3. tit. de bon. poſſ. Frater, ſoror ue, conſanguinei, uel uterini.

Vtĕrlĭbĕt, pen. cor. alter ex duobus. hoc eſt uter quem tibi capere libet. ὁπότερος οὖν, ὁπότερος δήποτε. Cic. pro Quintio, Vtrumlibet elige, alterum incredibile eſt, alterum nefariũ, & ante hoc tempus utrunq; inauditum.

Vtĕrquĕ, (ἑκάτερος) ſignificat ambos, licet inter ſe differant, quòd cum utrunq; aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc, & ab illo ſeparatim id factum intelligimus: ut, Vterq; ſibi domum ædificauit. hoc eſt & hic ædificauit ſibi domum & ille. Cum uero ambos dicimus feciſſe, ab utroq; coniunctim id factum oſtendimus: ut, Ambo ſibi monumentum conſtituere, hoc eſt hic & ille ſimul unum ſibi commune monumentum fecere. Propter quod utrunque alterum uerberaſſe rectè dicimus. hoc eſt hunc illum, et illum hũc uerberaſſe. Cicero 1. de Off. Quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. Quintilianus, Cum enim uterq; alteri obijciat, palàm eſt utrunq; feciſſe. Eodem modo utrunq; utriq; aliquid feciſſe dicimus. Terent. Quia uterq; utriq; eſt cordi. Ambos autem alterum uerberaſſe, uel ambos uerberaſſe ambos, non rectè dicimus, quia ſignificaretur ambos ſeipſos uerberaſſe, ſed ambos ſe mutuò uerberarunt. Auguſtinus, Vterq; ſignificat ambos, & tamẽ ſingulari ſono eſt, ſed ſignificatione duali. Nam cum dixit Vergilius, Conſtitit in digitos extemplò arrectus uterq;. Duo ſignificati ſunt, cum dixit uterq;: cum autem arrectus, uoluit exprimere pluralitatem, ut ſit in plurali utriq;. Sed hoc intereſt, quia licet uterq; duo ſignificet, tamen ſolum duo. Vtrique autem, (ἀμφότεροι) duo ſignificat, ſed ſic ut in ſingulis multi ſint, hoc eſt de pluribus dicitur, duo genera facientibus. Si dicam utriq; exercitus, duo ſignifico, ſed ſic ut in ſingulis turbam intelligi uelim. Hæc quidẽ diſtincta ſunt, ſed item authoritate confuſa. Nam quum ait Vergilius, Super utraque quaſſat Tempora, confudit: dicere enim debuit, ſuper utrunque tempus, cum de duobus temporibus loqueretur.

Vtĕruīs, (ὁπότερος βούλει) uter quem tu uis. Sic quiuis, & quilibet. Nihil enim eſt aliud quiuis, quàm unus quem tu uis: & quilibet, quàm unus qui tibi magis libet. Hoc enim differũt uteruis & uterlibet, à quiuis & quilibet, quòd illa unum ex duobus ſignificant, hæc unum ex pluribus. Terentius in Adelphis, Abs quiuis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Quintilianus, Periculoſum, & cum cura intuendum genus, quòd ſi in proponendo unumquemlibet amiſerimus, cum riſu quoque tota res ſoluitur: tutius ſit interrogare, ſi hæc actio non ſit, quæ ſit. Simul enim remouentur omnia, uel cum duo ponentur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe utrũlibet ſufficiet. Ecce in eodem loco utrumlibet, & quolibet uſus eſt. Altero pro eo, quod eſt unum de duobus, altero pro eo, quod eſt unum de pluribus. Hieronymus. Adducetur ad Aaron, uel ad unum quemlibet filiorum ipſius.

Vtī, idem ſignificat quod ut. Plaut. in Amph. Tamen quin loquar hæc, uti facta ſunt, Nunquam ullo modo me potes deterrere. Ponitur aliquando pro nempe, uel tanquam cum pronomine is, ea, id, in eo genere quod ſequentia exigunt. Cicero 9. Philip. Quod ſepulchrum ipſius, liberorum poſterorumq; eius ſit, uti quod optimo iure ſepulchrum publicè datum eſt. id eſt tanquam id quod optimo iure, &c.

Vtĭlĭs, (χρειώδης) ut, utilis homo dicitur, quo utimur, & quod nobis confert. Sed de re potius dicimus, ſicut utenſile. Terenti. in Adelphis, Fateatur, cum amet aliam, non eſſe utile hanc illi dari.

Vtĭbĭlĭs, & le, idem quod utilis, ſed antiquũ. Plaut. in Menæch. Ii ſolent heris eſſe utibiles.

Vtĭlĭtās. atis. notæ ſignificationis pro commodo. Terent. in Eunu. In ea re utilitatem ego faciam, ut cognoſcas meam. Numero plurali ponitur pro uſu. Cic. ad Tyro. lib. 16. Vtilitatibus tuis poſſum carere.

Vtĭnăm, (εἴθε) aduerbium optantis. Terentius in Andria, Vtinam id ſit, quod ſpero. Quandoq; etiam dicimus, O utinam. Ouid. lib. 1. Heroid. O utinam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat, &c.

Vtĭquĕ, (ἄρα, δήπε, δήπουθεν) aduerbium ſimilitudinis: quandoque affirmandi eſt, & ponitur pro certè, uel prorſus. Quintilianus, Solent huiuſmodi negociatores aliquid proprium, ac priuatum ſtipulari, utiq; cum rem alienam uendunt. Suetonius in Tito, Cæterum Titum, qui propè aſtabat, utiq; imperaturum.

Vtŏr, (χρῶμαι) uſum habeo. Et ſemper de rebus bonis ac neceſſarijs, necnon & diuinis, inanimatisq; dicitur: ut, utor domo, diligentia, conſuetudine, ſtudio, & huiuſcemodi. Teren. Scio te non eſſe uſum antehac amicitia mea. Sed cum de perſonis loquimur: accipitur pro conuerſari. συζῆν, χρῆσθαι. Cic. Len. Aulo Trebonio multos annos utor ualde familiariter. Vnde uſus pro conuerſatione. ζυνήθεια. Quintilianus, Mulierem cum qua longus illi fuerat uſus. Et quia aliqua re utimur, ut ex ea fructum percipiamus, factum eſt ut dicamus uſum pro utilitate χρεία. Conſtruitur quandoq; cum accuſatiuo. Cicero libro Acad. Et quæ à ſuperioribus acceperant, utebantur. Varro, Vtile utamur potius, quàm ab re abutamur. Huius compoſita ſunt, Abutor & coutor.

Virg. lib. 12. Æn: [illegible]

Vtpŏtĕ, (οἷα δὴ, οἷον) aduerbium confirmantis, & cauſatiuum. ſignificat enim quoniam, quandoquidem, nempe. Sall. Antonius aberat à bello, utpote æger, ac iacens. Ponitur etiã pro tanquam. Suetonius in Auguſto, Aedes ſacras, ac uetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refecit, easq; opulentiſſimis donis adornauit, utpote qui in cellam Capitolini Iouis ſexdecim millia pondo auri, una donatione contulerit Ambroſius

broſius lib.1. Off. Erat Iſaac Dominũ timens, utpote Abrahæ indoles, deferens patri honorem.

Vtpŭtā, (οἷον ἂν) ſignificat quemadmodum.

Vtquid, (ἵνα τί) ſignificat quamobrem, propter quid.

Vtrāquĕ, (ἑκατέρα) per utrunq; locum.

Vtrĭcŭlārĭŭs, (ἀσκαύλης.) uide in Vter, genit. utris.

Vtrĭcŭlōs in farina, uidetur Plini. accipere lib. 18. quos Galli Ciſalpini Redundaginem, in Venetia prouincia pleriq; ſubuentres uocant. Idem Plin. alibi utriculos uocat, quæ Græci ἔλυφα. id eſt ſeminum in frugibus inuolucra, & operimenta, quæ trita, & cribro excuſſa, glumæ, ſiue acus dicuntur. Quinetiam prima illa florum germina, quæ ueluti quidam utriculi tument prius, quàm flos arborum aperiatur, utriculos uocat lib. 16. cap. 26.

Vtrīnquĕ, aduerb. ab utroq; latere, ab utraq; parte. Cæſ. 7. belli Gall. Multis utrinq; interfectis.

Vtrō, aduerb. utram partem uerſus. Plin. lib. 18. cap. 19. Id demum ritè ſubactũ erit, ubi non intelligitur utrò uomer ierit.

Vtrōbīquĕ, aduerb. in utroq; loco. Liu. 6. ab Vrb. Ab ducibus utrobiq; proditæ temeritate atq; inſcitia res.

Vtrōquĕ, (ἑκατέρωσε) aduerb. loci, hoc eſt ad utrunq; locum. Liu. 8. ab Vrbe, Vtroq; exercitus miſſi.

Vtrŭm, aduerb. modò interrogantis eſt, (ἆρ' οὖν, ἆρά γε, ἄποτι, ἄποτι οὖ.) Plau. Vtrum id uerum putas, an non? Modò dubitantis. Seneca, Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum. Componitur quandoq; cum Nam.

Vtŭt, (ὅπως δήποτε) utcunq;, come ſe uoglia. Terent. in Adelphis, Imò hercule hæc quæſo Syre, utut facta ſunt, &c.

V ANTE V.

VVă, (σταφυλή) eſt quæ in uite fit, hoc eſt fructus uitis, dicta ab uuido. Colum. lib. 3. cap. 6. Nec tamen eam uitem feracē dixerim, cuius ſingulæ uuæ in ſingulis ſarmentis conſpiciuntur. Et de alijs rebus dicitur. Plin. libro 12. cap. 13. Amomi uua etiam in uſu eſt. Aliquando poni»tur pro uite. Verg. Et turpes auibus prædam fert uua racemus. Et uua morbus, quem Græci σταφυλὴν uocãt. id eſt inflãmatio eius partis, quæ in ore columellæ eſt, dicitur & ſtaphylophoros Ariſtoteli. diſtenditur hæc & luteo colore, ſubrubeſcit acino perſimilis. Eſt autem uua, id quod in fine palati dependet circa fauces, ut in hiante homine conſpicitur, ſic dicta, quia ut uua dependet, & humiditate uariatur: & eſt uocis moderatrix, & aliquando ad ſimilitudinem uuæ intumeſcit, cum uehementi inflammatione, ac dolore. Sere.
» Aegreſcunt teneræ fauces, cum frigoris ora Vis ſubijt, uel
» cum uentis agitabilis aër Vertitur, atq; ipſas flatus grauis
» inficit uuas. Subuua, eſt minor lingua, quæ epiglottis dicitur. Dicitur etiã uua de apibus, cum collectæ ſunt, & in modum botryonis dependent. Colum. Cum examen glomeratũ in proximo frondentis arbuſculæ ramo conſederit, animaduertito, an totum examen in ſpeciem unius uuæ dependeat. Plinius libro 11. Tunc oſtenta faciunt priuata ac publica
» uua dependente in domibus templiſq;. Vergilius, Et denſis
» uuam demittere ramis. Seruius, Vuam demittere. id eſt, in morem uuæ botryonem defluere.

Vuĕŭs ſuccus. σταφύλινος. uinum dicitur ab uua.

Vuĭdŭs. διερὸν. adiect. quod eſt humidum, pingue, quod præcipuè habet aliquid humoris intrinſecus, unde & uua dicta. Humibum, quod habet humorem extrinſecus. Colum. lib. 3. cap. 2. Niſi præpingui, & uuida terra. Plaut. in Rud. Siccine hic cũ uuida ueſte graſſabimur? id eſt humore madente.

Vŭlgă, (μαρσύπιον) ſacculus ſcorteus, ſiue ex alia materia, in quo pecuniam, uel alia uitæ neceſſaria ferre ſolent homines. Dicta quòd nummos, aliaſq; res inuoluat. Lucilius, In uulgam penetrare piloſam. Varro, Vt uiaticum ex arcula adderem in uulgam. Hæc etiam à Veteribus bulga dicitur. Eſt & uulga, ſiue bulga, ſolliculus ad brachium pendens, ge»rendæ pecuniæ gratia Lucil. Cui neq; iumentum eſt, nec ſer
» uus, nec comes ullus, Bulgam & quicquid habet nummorũ,
» ſecũ habet ille, Cum bulga cœnat, dormit, lauit. Aliquando ponitur pro uulua, et è contrario, uulua pro ſacculo. Idẽ, Ita ut quiſq; noſtrûm è bulga eſt matris in lucem editus.

Vŭlgāris, & hoc. re. (ἐγκύκλιος, δημώδης, ἰδιωτικός) quod eſt uulgi, hoc eſt uile ac commune, unde & reſpondet ſingulari. Cicero in Arte ueteri, magna, an parua: facilia, an difficilia: ſingularia ſint, an uulgaria: uera, an falſa. Aliquando uulgare dicitur, quod eſt tritum, & conſuetum. Quintilianus, Simul ne uulgarem uiam ingreſſus, alienis demum ueſtigijs inſiſterem?

Vŭlgō, aduerbialiter poſitum, ſignificat paſſim, per omnes, ca»teruatim, (κοινῶς.) Vergilius 3. Georgic. Hinc lætis uituli
» uulgò moriuntur in herbis. Vulgò concepti, ſiue uulgò quæſiti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt: uel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, qui & ſpurij uocantur.

Vŭlgo. as. (δημεύω) in uulgus do, & quaſi multis audientibus, ac non tacituris dico, et commune omnibus facio, manifeſto,
» uile habeo. Vergilius libro 10. Quid me alta ſilentia cogis
» Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem? Liu. lib. 1. Sunt qui Laurentiam uulgato corpore lupã inter paſtores uocatã putent. Plaut. in Amph. Cui me abſente corpus uulgauit ſuum. Huius compoſita ſunt, Diuulgo, euulgo, (ἐκδημεύω) quod eſt extrà in uulgus edo. Liu lib. 9. Ciuile ius repoſitum in penetrabilibus põtificum, euulgauit. Inuulgo. Gell. Labris foras editis inuulgaret. Peruulgo, ualde uulgo. Teren. Vbi rem reſciui, cœpi non humanitus, neq; ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli tractare, ſed ui, & uia peruulgata patrum, quotidie accuſabam. A uulgo fiunt uerbalia, uulgator, uulgatrix, & uulgatio.

Vŭlgŭs, (οἱ πολλοί, τὸ πλῆθος) neutri gene. & indeclinabile, & uulgus, uulgi, maſcul gen. ſignificat multitudinem ignobilio»rem. Vergilius 1. Aeneid. Sæuitq; animis ignobile uulgus. Cicero, Saturnum maximè colunt uulgi. Vergilius 2. Aen.
» In uulgum ambiguas, & quærere conſcius arma. Et à uoluendo quidam dici putant, quòd ſtultè huc atq; illuc uolua»tur. Hinc uulgiuagus, adiect. Lucret. Vulgiuagaq; uagus Venere. id eſt ſectatus plebeiam, popularemq; Venerẽ, non certæ mulieris amore captus.

Vŭlnĕrārĭŭs, adiect. quod ad uulnus pertinet. ut uulnerarium emplaſtrum. τραυματικὸν ἔμπλαστρον. quod uulneribus imponitur.

Vŭlnĕrārĭŭs, ſubſtant. (τραυματικός) medicus chirurgus, qui uulnera curat. Plin. lib. 29. cap. 1. Ob id publicè uulnerariũ fuiſſe eum tradunt uocatum, mireq; gratum aduentum eius initio. Subſtantiuum eſt.

Vŭlnŭs, (τραῦμα) uide in dictione Vlcus. Hinc uulnero. as. τιτρώσκω. ſaucio, uulnus infero. Transfertur quandoque ad animum, & ſignificat ango. Vnde & uulnus pro animi angore accipitur, ſeu damno. Plin. Maximum illi fortuna uulnus intulerat, duobus filijs immatura morte ſublatis.

Vŭlnĭfĭcŭs, adiect. quod uulnus infert. Verg. 8. Aeneid. Vulni» ficuſq; chalybs uaſta fornace liqueſcit.

Vŭlpēs, & Volpes, (ἀλώπηξ) animal (teſte Varrone) quòd pedibus uolet. De eius natura, uide Plin. lib. 10. cap. 63. & 74.
» Huius diminut. eſt uulpecula. ἀλωπέκιον. Horat. Fortè per anguſtam tenuis uulpecula rimam. Adiect. uulpinus. a. um. ἀλωπέκιος. quod pertinet ad uulpem. Suet. Vbi leonis pellis deficit, uulpina induenda eſt. Aliquando ponitur pro aſtuto. Plaut. Vulpinus animus ne quid moliatur mali.

Vŭlpĭnŏr. aris. ſignificat mendacijs ac fraudib. uera peruerto, ſiue effugio. ἀλωπεκίζω. Tractũ ab intorto uulpium curſu. Var. in Myſt. Vulpinare modò, & concurſa, qualibet erras.

Vŭlſellă, uolſella.

Horat.
Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam.

Vūlsūră.ræ. à uulſum ſupino uerbi uello, ipſa uulſio. Varro de re Ruſtica, cap.11. Animaduerti licet prius lanæ uulſuram, quàm tonſuram inuentam.

Vūltūr, & Vulturis, & Vulturius, (γὺψ) in nominati. dici poteſt. Ennius, Vulturis in ſyluis miſerum mandabit homonē. Auis rapax, carniuora, à uolatu tardo dicta, quòd propter magnitudinē corporis tardè uolet. Plaut. in Truc. Iam quaſi uulturij triduo prius prædiuinabāt, quo die eſurituri ſient. De hac aue ſic ſcribit Ambroſius, Negant uultures indulgere concubitui, & iugali quodam uſu, nuptialiſq; copulæ ſorte miſceri, atq; ſine ullo maſculorum concipere ſemine, & ſine coniunctione generare, natoſq; ex his in multam ætatem longæ uitæ procedere, ut uſq; ad centum annos uitæ eorum ſeries producatur. Vulturium hominem, Cic. in Piſon. pro rapace dixit. A uulturio fit uulturinus, ut uulturina caro, uulturinum fel, apud Plin. lib. 29. cap. 6.

Vūltŭōsŭs, (σωὼνος, ξυνωφρυωμένος) triſtis. Cice. de Optimo genere dicendi, In quo cum effeceris, ne quid ineptum ſit aut uultuoſum. Hinc aduerb. uultuosè, (ξυνωφρυωμένως, & μετὰ κατηφείας) quod Donat. uſurpat pro eo, quod eſt indignanter, facie mœſta, & fronte ſubducta, & cum geſtu rebus accommodato. Vultuoſa frons apud Apul. pro mœſta accipitur. ait enim lib. 3. Met. Longè diſsimilis aduenit, non læta facie, ſed uultuoſa fronte, rugis inſurgentibus aſſeuerabat.

Vūltŭs, (πρόσωπον) à uolo, uis, ſicut à colo, cultus, propriè ſignificat uoluntatem hominis, quæ pro motu animi in facie oſtenditur, cum facies ſit ipſa oris ſpecies, quæ permanet. Vultū ſibi fingere multi poſſunt, faciem nemo. Cic. in Piſon. Vultus deniq; totus, qui ſermo quidē tacitus mentis eſt. Lucret. lib. 3. protulit uulta neut. gen. Sed quos utriuſq; figuræ Eſſe uides mixtum referentes uulta parentum. Vultus autem in nullo animante eſt, præter hominem. Huius diminut. eſt uulticulus, quo uſus eſt Cic. ad Att. lib. 14. Epiſt. 318.

Vūluă, ſeu Volua, (μήτρα, ὑστέρα) idem quod uterus, & matrix uulgò dicitur, licet falsò, dicta quod fœtus inuoluat. In ea enim conceptus fit, & fœtus continetur. Hanc multi ex Romanis ex porca in delicijs habuere, quæ duplici nomine appellabatur, eiectitia ſcilicet, & porcaria. Eiectitia, à partu eiecto ſiue enecto: porcaria, ab edito. Eiectitiam Plinius lib. 11. cap. 37. optimam eſſe ait, quæ fuerit porcæ occiſæ, cum eiectus ſiue enectus eſt partus. Porcariam, cum editus eſt, melioróq; erat eius quæ peperiſſet, quàm uirginis. Nam à partu ſtatim ſuem primiparam interficiebant, tum habendæ uuluæ gratia, tum ut ſemen optimum efficerent. Mart. Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca, Me materna graui de ſue uulua capit. Quandoq; accipitur uulua pro ore uuluæ. Iuuenal. Adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. Plin. quinque boletorum prorumpentium in oui ſpeciem album illud inuolucrum, Voluam nuncupat.

V ANTE X.

V*Xŏr*, (γυνὴ, ἄκοιτις, σύνοικος, ἄλοχος) quæ uiro tradita eſt. Terentius in Adelph. Vxor ſine dote ueniet? Dicitur autem uxor, quaſi unxor, ab ungendo. Nam cum puellæ nuberent apud ueteres, ac mariti domum intrarent, axungia poſtes ungebant, putantes ex hoc omnia mala ab ea domo arceri, uel quod lotos maritos ungebāt. Ennius, Exin Tarquinium bona fœmina lauit, & unxit. Seruius in Com. libro 4. Aen. ſic habet, Mos fuerat, ut nubentes puellæ ſimul cum ueniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederentur, ornarent laneis uittis, & oleo ungerent. Et inde uxores dictæ ſunt, quaſi unxores. Plinius quoque ſcribit, nouas nuptas lupino adipe poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Huius diminutiuum eſt uxorcula, (γυνάιον.) Hierony. ad Ocean. Tu mihi olim emortuam de ſepulchro uxorculam protrahes.

Vxōrĭŭs.a.um. γυναικεῖον. quod eſt uxoris, uel quod ad uxorem pertinet, ut res uxoria. Cicero tertio Offic. In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius. Aliquando uxorius, (φιλογύνης) dicitur qui uxori nimis inſeruit. Vergilius, Pulchramq; uxorius urbem Extruis.

DE LITERA X.

X LITERA ſemiuocalis eſt ξ, quæ uim duplicis conſonantis habet, pro qua modò c s, modò g s primitus utebantur, ut apecs, gregs: pro quibus nunc apex, grex dicimus. Sciendum quòd x tranſit in u conſonantem, ut nix, niuis: in ct, ut nox noctis, & in aſpirationem ſubit, ut ueho uexi. Quotieſcunq; autem præpoſitio Ex, componitur cum dictione incipiente à uocali, uel c, p, t & s, remanet integra: ſed quando cum s, abijcitur s, ut Exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro, excutio, explodo, extraho, exequor, expes.

X ANTE A.

X*Ānthĭcŭs*, Aprilis menſis Hebræorum lingua appellatus eſt.

Xānthŏs, gemmæ nomen, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

X ANTE E.

X*Ĕnĭă*, (ξενία) hoſpitalitas, amicitia exterorum.

Xĕnĭŭm, (ξένιον) dici poteſt munus hoſpitalitatis. Vnde Martialis librum 13. in quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit, Xenia nominauit, quòd uerſus ipſos pro xenijs mitteret.

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello,
  Conſtabit nummis quatuor empta tibi.
Quatuor eſt nimium? poterit conſtare duobus,
  Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
  Si tibi tam rarus, quàm mihi nummus erit.

Huius diminutiuum eſt xeniolum, paruum xenium. Apuleius, Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola porcum opimum, & quinque gallinulas, & uini cadum in ætate precioſi.

Xĕnŏdŏchĭŭm, (ξενοδοχεῖον) hoſpitale, locus publicus, quo peregrini, & hoſpites hoſpitaliter recipiuntur. ξένος hoſpes, δοχεῖον receptaculum, quaſi hoſpitum receptaculum. Hieronym. Xenodochium in portu Romano ſitum, totus pariter mundus audiuit.

Xĕnŏs, (ξένος) Latinè hoſpes, ſiue peregrinus.

Xērāmpĕlīnæ ueſtes, (ut inquit Probus) fuerunt ad uſum matronarum ampelini coloris, qui inter coccinum & muriceū medius eſt. ξηρὸν ſiccum ſignificat. itaque xerampelinus coloris eſſe creditur, quem uulgò roſam ſiccam nominamus. Alij xerampelinas dicūt Latinè dici Atrabaticas, hoc eſt, quæ colorem atrum, id eſt nigrum habent.

Xērĭă emplaſtra, ſicca, ſicut Hygremplaſtra, uocantur liquida emplaſtra.

Xērŏlŏphŭs, pen. cor. dici poteſt ſiccus tumulus. ξηρὸς ſiccus, λόφος tumulus. namq; ex lapidibus conſtrui conſuerant principum tumuli.

Xērŏmy̆rŭm. ξηρόμυρον. unguentum eſt ſiccum, ut Hygromyron, (ὑγρόμυρον) liquidum, fœminarum auribus expetitum.

Xērŏphăgĭŭm, comeſtio ſiccorum ciborum.

Xērōphthălmĭă, (ξηροφθαλμία) arida lippitudo, cum nec tument, nec fluunt oculi, ſed graueſcunt.

X ANTE I ET Y.

X*Ĭphĭs*, (ξίφος) ſignificat enſem. Vnde xiphiæ, (ξιφίαι) ſtellæ ex cometarum genere in mucrones faſtigiatæ.

Xy̆lĭnŭm, (ξύλινον) quod & Xylon dicitur. id eſt, quod uulgares Bambatium dicunt. Vnde xylinæ ueſtes, Gallicè coton.

Xy̆lŏbălsămŭm, lignum balſami, de quo Dioſc. lib. 1. cap. 18.